in quo nemo naſcitur ridens · in
quo nemo lumen vite niſi cum
lacrimis auſpicatur · cum nos
denique materne vulue tentorium
oſtendent mundo · Flentes didi
ſcimus mundum · vt quaſi ma

lorum primicias in primis lacrimis
guſtaremus Salomon propheta
ac pronunciacione teſtatur · Ego
inquit natus accepi communem etatem
etiam ſimiliter factam decidi terram
primam vocem ſimilem hominibus
emiſi plorans · in volumentis nu
tritus ſum et curis magnis · Ne
mo enim ex regibus aliud habuit
natiuitatis inicium · vnus est ergo
omnibus introitus ad vitam et
ſimilis exitus Neceſſe eſt enim
vt qui venerit tranſeat · vbi vi
tam gerit peregrinam · maxime cum
ita ſalomon proteſtatur · vnus
inquit introitus ad vitam et ſi
milis exitus · quid ergo proſpe
ritatis aut leticie poteſt nobis
obcurrere vbi primo dicitur fletus
et inter ipſa cunabula naſcentis
infancie · et in ipſo vite veſtibulo
nichil aliud michi de mundo quam
fletus obcurrit limina mundi
cum fletu calcamus hec quidem
tranſituri · O anguſtum et ſatis
anxium tempus vite mortalis
vbi cum inicio nominatur eciam
finis · Inicium noſtrum cum fine
ſuſcipimus · iam captus est morte
qui natus est · teſtes ſunt mortui
cum non negant ſe morituri · ergo
quoniam ituri venimus peregrinan
cium more · quod acciderit intra
mundi hoſpicium quaſi tranſeun
tes ferendo mala impoſita bona

BIBLIOTECA PROVINCIAL · UNIVERSIDAD DE SEVILLA

peius nocet malu si mal portetur

deuocione portata viuamus· pe
ius enim nocet malum ſi male
portetur · ledunt et ipſa bona ſi
male portētur· ibi profecto ſola
mine virtutis opus eſt ſub con
templacione ſcʒ ſuperne merce/
dis vbi ſic deſideratur finis et
exitus vite· ſicut in pelago tutela
portuenſis optatur · quis enim
inter anxietates vagientes ſe/
culi erumpnaſqʒ morborum le
dencium non magis mortem de
ſideret q̄ longam ſatis et lan/
guidam vitam· dicente ſalomo
ne · Melior eſt mors q̄ vita a/
mara· et requies eterna q̄ lan/
guor perſeuerans· Et alibi· Me
lius ē tibi mori q̄ viuere· mors
enim omni homini dat requiem
pro certo intra mala craſſancia
neceſſario exitus ſicienter op/
tatur· ſed ſicut nec noſtrum fue
rat naſci ita nec poteſtatis noſ
tre eſt mori· alioquin ſi in noſ/
tra poteſtate mori conſiſteret eſſ
in poteſtate non mori · Ad hoc
inter noſtras anguſtias mortis
requiem flagitamus : quia in/
ter mala de bono ſolamen eſt
non tacere · nauigancium more
quibus refrigerium eſt inter in
feſtos ac ſollicitos curſus loqui
de ſecuritate portuenſi· ad quam
etſi non liceat quantum ani/

melior e mors qm vita amara et reqes eterna qm langor perseverans

mus cupit celerius peruenire : iu
uat tamen et ſatis pulchrum
eſt meliores partes optare · ſed
quoniam nec noſtre poteſtatis
eſt potiri melioribus que de mor
te naſcuntur ſpectantes melio/
ra : bonum interim geramus in/
ter mala certamen · Bonum au
tem certamen eſt malis non ce
dere · ſʒ mala v̄tutis bono portare
per que in meliora de morte naſ
cencia morbis atqʒ morte caren
cia ſublimati portemus · Sine
ducatu enim atqʒ morſu infelici
tatis in triumphos immortalis
glorie non peruenitur · quia per
diſcrimina conficitur curſus in
portu · Primo triumphatori nō
poteſt dici niſi cui victoriam vir
tus inuenit · qui omne qđ time
tur ſub ſe cernit eliſum trahit/
qʒ in vita captiuum · eſt interea
ſeculum impaciens natura vt ē
mare et ſine ventis in flatum
erigens ſcilicet in ipſa tranquil
litate minaces atqʒ terribiles
fluctus · Quod licet ceſſores
non noceant ſuos : habet tamē
aliquid formidinis eciam innox
ia magnitudo : nec nauigan/
tibus deſunt formidines fre/
quenter et ictus vndarum · Nū
quam deniqʒ gubernator totos
ſinus ſecurus explicauit · Et in

Et in hoc mundo qui fragoſſū
vite huius et turbidū querim⁹
curſum maloꝝ tangimur nimis
frequenter ⁊ cauſis. maxime q̄s
intra regia caſtra milicia celeſtis
ſignatos incluſit. iam diximus
ſeculum pellago cōparari in quo
rara ſunt proſpera . denſa ſunt
turbulenta. expaueſcit̄ timetur
morbi quoq; non deſunt. ſolus
exitus ſecuritatis eſt portus. hic
atq; illinc . ingruunt calamita
tes incurſus infeſte. ſed vſq; ad
portū ideſt ad exitum . virtutis
eſt tollerare. inter pericula guber
nator nauem tuetur et ſeruat .
inter calamitates animus rector
animā gubernat et regit. q̄uis
alijs periculis paululū tempera
tis nauigiū tractabile ducat . ſꝫ
pocius illa expectatur atq; triū
phis maioribꝰ excipitur nauis
que turbido flamine coactos in
verticē fluctus potenter exauſſit
hanc accipit ꝓfundo cū gaudio
turba portuenſis . hanc excipit
ſecuritas triūphalis Specioſus
eſt miles in exercitu conſtitutus
armoꝝ. ſcalet vero deformi vir
tute ſignis ⁊ vacuus. qui in cam
po nec ſibi ē cognitus nec alteri
notus. caret em̄ laudibus. caret
et premijs Et ideo nocuū debet
eſſe periculū vbi naſcit̄ premiū
nec debet miles reuocari aut pa
ti formidinē vbi ſequit̄ palma
victorie. ſua em̄ felicitate miſer
eſt qui autē infelicitatibꝰ quibꝰ
gloria gignitur . nunq̄ meruit
habere conflictu. nec ſuam virtu
tem didiſcit quē calamitas non
exauſſit. ſemper deniq; inertibꝰ
mēbris ſuaꝝ viriū iacet Miles
ignarus et incognitus ſibi. qui
nunq̄ belloꝝ calencū glorioſis
eſtibus aucllauit. nunq̄ ſudori
bus triumphos inuenit . Nec
eum ſequit̄ felicitas premiorum
qui ſarcinam geſtare non vult
armoꝝ . et ideo in vſu eſſe debet
qđ premiū generat . ⁊ optabile
quod gloriā parit. ergo quoniā
cū diuerſis temptacionū iaculis
dimicandi eſt nobis . Si quid
emerſerit q̄ vires examinet. qđ
mēbra ſauciat . qđ animū ꝓbet
quaſi occaſionē muneris accipi
amus amplexu virtutis. ita de
bet eſſe animi in nobis virtus
atq; mētis inconcuſſum robur
inuictū . vt eſt petra in mari q̄
inter fluctus natura fundauit .
qui vndarū tumenciū colliſione
frequēti vapulat nec mouetur
itaq; vbi hominem aduerſa in
preliū prouocant . ⁊ in certamie
calamitas vrget ⁊ cogit. anim⁹
felix virtutis clipeo producat
armatū. preſtetq; inter pericula
tutū atq; ſecurum inter infelicia

oſtendat felicem · inter ango
res exhibeat letum · inter mor/
bidas egritudines ſanum · Effi
ciatqꝫ ſuſtinencie iaculo victa
calamitate victorem · ſuperatur
enim morbus in corpore ſi diſcat
animus ſuſtinere · Et ideo vbi
corpus iacet infirmum in receſſi
bus maiori alenda eſt virtus ·
parandūqꝫ qd nec laſſitudo defi
ciat aut etas iclinet· Tene igitur
frater tene fidei robur inuictū ·
tene munimen immobile chriſ
tianum ſuperni vigoris firmita
te fundatum· inter languencia
membra ſatiſqꝫ rigencia incolu
me validūqꝫ gere fidei animeqꝫ
ſcutū · pigrū viſceris morbū per
niciosūqꝫ languorē arietantibꝰ
malis obicibꝰ occurre virtutis·
vince dū vapulas · ſic enī poten
cia criſtiana alitur in comodis
malis promouetur aduerſis ·
milicie conuenit chriſtiane ſcuti
calamitatibus probari · ipſi/
us eſt ſub infelicitatibus et an
guſtijs feliciter ampliari · ſub
preſſuris adoleſcere et preſſuras
pubeſcendo calcare · Ipſius eſt
exercitacionibus crebris aptiū
nutrire munimen et cum pericu
lis habere certamen · Ipſius eſt
ad portum perpetue felicitatis
per furencia mundi diſcrimina
nauigare · et ſub ictibus diſci/

pline medicinalis potenter ip/
ſa neceſſitate regnare· Noſtrum
eſt igitur calamitatis exercicio in
glorie faſtigium ſublimari · et
malis prementibus in bona pre
mia promoueri · apud nos infir
mitas vel quilibet preſſuri aug
mentum eſt potencie et mercedis pro
certo palmate virtutis · Si/
cuti beatiſſimus apoſtolus pau
lus inter varios ictus diuerſa
qꝫ verbera impetus procelloſos
in morborum predio conſtitutus
vt celeſtis armiger in infirmi/
tatibus potens gloriatur et dicit·
Libentiſſime itaqꝫ magis gloria
bor in infirmitatibus vt inhabi
tet in me virtus chriſti· prop/
ter qd libet michi in infirmita
tibus· in contumelijs· in neceſſi
tatibus· in perſecucionibus · in
anguſtijs propter chriſtum· Cū
enim infirmor tunc potens ſum·
Et iterum · quociens inquit in
firmor tunc verius probor et pla
ceo michi in infirmitatibꝰ meis
Et iterum · cum a ſe ſtimulum
carnis rogaret auferri didicit in
infirmitate virtutē poſſe nutriri
Datus ē inquit michi ſtimulꝰ car
nis angelus ſathane qui me co
laphiſet vt nō extollar· propter qd
ter dnm̄ rogaui vt diſcederet a
me et dixit mihi ſufficit tibi gratia
mea · nā virtus in īfirmitate perficitur

Nunquid igitur virtus documē
tis eruditur melioribus· cū prei
eūt maximaꝝ exempla virtutū
nauigiū noſtrū agitacionibus
gaudet· cum in turbinibꝫ erigit᷑
cum inſanis fluctibus verberat᷑
cum hoc iter aduerſis emergen
tibus confragoſſū non parcit in
aſſiduū certamen · deuotam la
ceſſendo virtutē· ſecus em̄ apud
dn̄m haud poſſumus eſſe felices
niſi contigerit infelicitatibus ⁊
terreno ſqualore pugnari · ille
porro iudicandus ē miſer ⁊ eger
qui voluptatibus marcidus per
illecebras volutatur et iacet · ille
ſe nouerit infelicem qui vagat᷑
inter oblectamēta vicioꝝ eneruа
ta felicitate confeſſus · miſer et
infelix eſt qui non fuerit infeli
citate temptatus· caret em̄ munē
qui caret et certamine· qui tela
formidauit aduerſi certaminis
nunquā meruit nomen ſortiri
victoris procul dubio iacentis
eſt animi formidoloſa timere·
humilis ⁊ inertis ē tuta ſectari
imperfectū ac languidū bonum
eſt in ociū ſine certamīe ꝑfecta
virtus iacet em̄ vigor eneruat⁹
ac debilis · iacet animus eger
iacet candor obſcuratus· et ideo a
fortiſſimo milite ſemꝑ in acie
ſtandū eſt· et querenda occaſio
qua v̄tus eniteſcat excuſſa· ama
tori em̄ prelioꝝ ornamenta ſunt
vulnera· ergo ad contēpnendos
labores et ad virtutis noticiam
experimenti opus eſt vſu· eligē
darū ſcilicet viriū nutrice· ſoli
dum em̄ corpus eſt moleſqꝫ ro
buſta membroꝝ quā frequens
vſus agitauerit · agricolis deni
qꝫ frequenti opere lacertoſe ſūt
vires · trite ſunt manus · dum
inter ſentes ac tribulos curua
to corpore ſudoribꝫ querit᷑ fruct⁹
Ars nautica cuius nauigiū ſepe
procella concuſſit · dum inter
pericula tendit in portū · didicit
fluctus tranſire terre et cū tem
peſtate pugnare· ad excucienda
tela laceratus exercitus valet ·
et victorias inter vulnera q̄rit
regi proprio placiturus · agilia
ſunt membra curſoribus· ⁊ hos
vſus magiſter docuit ⁊ inſtruxit
quid pluribus· Nemo non ac
ceſſione tēptacionū perfectiores
ptes aſcendit · et premiū victor
inuaſit· itaqꝫ nos dum premiū
exigua ſuſtinemus ⁊ mediocria
neceſſe eſt vt ampliora vel maxi
ma perferre diſcam⁹· noſtre em̄
milicie ſpecimen eſt lucidū · per
ardua ꝯponere gradū · per dura
pectari et miſeratū dura duris
viribus perferre cenſurā· ad celū
nobis per aſpera· per anguſta· ꝑ
duros anfractus ⁊ loca· ſita eſt

amatori plurt ornamenta sunt vulnera

ad celū nob p aspera p angusta p duros anfractus ⁊ loca sita ē via

via: quā viam non tenuit qui te
precari noluit · ad celū deus for
tiſſimū militē vocat: quē comitā
tibꝰ glorijs preſſure deducunt: ꝑ
miaqꝫ victorē ſuſcipiūt regna tu
tū · nunqd nobis interea aliqd i
ponit abruptū qd excedat libra
ti ponderis qualitatē: nunqd inge
rit qd exceſſu tranſcēdat ydonei
tatem noſtre virtutis: fideliſſi
mus moderator ſarcinam pro
viribus iubet iponi · hoc paulus
preconium teſtatur ⁊ probat · fi
delis inquit deus qui non vos
patietur temptari ſupra id qd po
teſtis ſufferre · ita nos a dño agi
regiqꝫ credamus vt a precepto
ribus ludorꝫ regunt diſcipuli: eis
plurimū laborem ingerunt ⁊ im
ponunt quos viderint ſolertibꝰ
ingenijs ceteris eminē · Et nos
aīalibus domino ſubiectis onus
pro qlitate viriū temperamus ·
imponimus fortioribus fortia ·
et exilibus parua · quibus vſus
nutritor ille v̄tutis in iuuētutis
maximū robur erigat ⁊ promo
ueat vires · hoc modo noſtra ru
dimenta leuibus verberant̄ vt
exinde grandioribꝰ ex amore ſcꝫ
diuine virtutis vſitatas ꝑparet
vires · que racio q̄uis diuinis re
dūdet pluribus documentis tā
aliquo ⁊ de mundanis vtamur
exēplo · nō eñ nocet alienis vti

ea ꝑ te qua noſtra ſunt · Nunqd
tu iniurioſos eſſe lacedemonijs
liberos ꝓprios opinaris quorū
indoles ⁊ artus teneros adhuc
ſcꝫ laboris ignaros experiunt̄ vt
admotis verberibꝰ publicis ipa
illos paterna pietas adhortat̄
vt ictus flagellorꝫ fortiter ferāt ·
et laceratos ac ſeminatos depre
cant̄ ⁊ rogant vt perſeuerēt vul
nera prebere vulneribus · Quid
mirū ſi te deus ⁊ generoſos libe
ros ꝓpriāqꝫ familiā ob nitorem
alende v̄tutis dure tēptari ꝑmit
tat · regna ꝑpetua victoribꝰ colla
turus · qui ſic laboris precia contra
quecūqꝫ mala pollicet̄ ⁊ dicit · q
ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſal
uus erit · Et iterū · venite ad me
oēs q laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊
ego vobis requiē dabo · Exicium
tꝑis pituri eternitatis ē preciū ·
deuocio tribulacōis reddet̄ ſem
piternis fructibꝰ fecūdata · apd
nos fecūda captiuitate regnū q
rit̄ · ſecuritas piculis emit̄ · ſudo
ribꝰ requies cōparat̄ · nā v̄tus inqt
aplus in infirmitate ꝑficit̄ · cōmo
dū ē ꝓfecto affectibꝰ languidis
carnalit̄ agitari: q̄ ſanis artubꝰ
ſupplicio ceco conſcienciā hortari
vexatā · pleriqꝫ eñ pctīs egrotāt
ex ipſa inanitate membrorum ·
dum enim ab infirmitatibus va
cant morbida laxitate fluant

neceſſe ē corpus atq; letali morbo
ſoluatur hominemq; per vicia
ac ſiluas erroꝝ nequiter ſanū
precipit ducat· liberos tu iudicas
aut a morbis alienos· q̊s volup
tates barbare deuicerunt· non
habent cathenam· ſed eos luxia
ferali mordacitate in vinculis te
net · ita inciderunt in laqueos
feralium voluptatū· Sicut aues
aucupali fraude captiue q̄ quo
magis conantur euadere · eo in
numeris ſe nexibus illigant et
in ꝓfundiores ſinus demergūt
ꝓfecto illi ſani ſūt quos morbo
inuoluit · atq; iactat inſanus
incolumis vero eſt quē quolibet
verbere corrigit deus· qui ſe hoīs
amatorem caſtigando teſtatur
quos diligo inquit dominus re
darguo ⁊ caſtigo· ⁊ ideo ſe ſanū
non iudicet· q̄ aut morbis aut
ſordibus caret· nec infirmitatis
remedio conſouetur · illi vero
ſūt miſeri qui nimie felicitatis
inerti tranquillitate torpeſcunt·
quibus fugata ſanitas vt fallat
et decipiat adulatur· quos vide
licet eterna tenuit egritudo eter
no tortore totū hominē poſtmo
dum vexatura· hijs tante ſūt vic
quāte ſuccurrerunt voluptates·
hijs iter eſt quo comes libido
periculis dictauerit pituri abrēti
enī anfractibꝰ vicioꝝ trahencīū
vaio lapſu rotantur in interitū
miſeri · incertiſſimā viam non
rediturī in exteriora tendunt ·
auium more · quoꝝ nunq̄ eſt re
greſſus in proprio fonte· ſic qui
dem hanc vitam· cui finis eſt co
mes vt dixi opinatur properis
curſibus ducunt· ſed gradus in
vltimis male finitus ducit in no
uiſſimo ſtatur Et quid erit per
diſcrimina proſpere cucurriſſe·
ſi poſt curſum contigerit interire·
Fruſtra deniq; nauis per ſuperbū
pelagū ⁊ inſanū cunctis fluctibꝰ
comoda properitate cucurrit in
portum· ſi cum naufragio perue
nit et pituram portus accipit· cō
modius enī eſt cuiuſlibet ducatu
preſſure ad portū glorie puenire
q̄ delicato nauigio morbide laxi
tatis peracto curſu in penas exire
ſepe itaq; potior eſt paupertas
opibus· deformitas forma· cōtu
melia laudibꝰ· ſeruitus poteſtate
imbecillitas viribꝰ· libertate cap
tiuitas · humilitas dignitate ·
dauid illuſtris ꝓpheta huiuſmōi
carmen expreſſit· bonū eſt inq̄t
michi domine · quia humiliaſti
me · vt cognoſcam iuſtificacōes
tuas · Ergo melius eſt ſuperne
diſcipline iudicio humiliari q̄
cum mundo dampnari· dicente
apoſtolo cum iudicamur a dn̄o
corripimur nec cum hoc mundo

dampnemur· ergo qđ ex amore
domini noſtris vtilitatibus pre
rogat̃ ſine murmure ſufferam9·
impendit̃ vt a medico remediũ
a domino diſciplina · artis eſt
medicine aliquociens ignibus ꝛ
ferro curare · quid mirum ſi do//
minus noſtrarũ medicus anima
rum turbinibus excruciat · mor
bis examinet · calamitatibꝫ pur
get · fortitudinis ẽ noſtre quaſi
per ignes ꝛ flammas vaſoruq;
more purgare · qđ ſcriptura diui
na teſtatur ꝛ probat · vaſa inq̃t
figuli probat fornax · ꝛ homies
iuſtos temptacio tribulacionis
Et alibi inquit · auꝝ et argentũ
et ferrum et plumbũ et omne
qđ per ignem trãſierit emunda
bitur · Nunquid vaſa dicunt fi
gulo cur nos arbitrio flamma
rum examinas et incendijs co/
quentibus vris ꝛ probas̃ que
niſi arbiter ignis iudicio ſuo
aptiſſima pronũciauerit in vſu
eſſe nõ poſſunt · nos quoq; niſi
temptacionũ purgauerit iudi//
cium vel examen noſtrorum fi/
gulo membrorum inutiles inue
nimur qui nos vrit vt curet ·
temptat vt liberet · vexat vt ſal
uet · michil eñ tam inquinatum
tam ſordidum qđ non a vicijs
purgacionibus expicitur · Sepe
deniq; vidimus ſordidato ipro

perio remiſſe candorem · ferrũq;
ſitu obductum in antiquã faciẽ
ſplendeſcere · vidimus aurũ ar//
gentumq; diſciplina flãme pur
gari · Et arbões truncatas cultu
lectiſſimo reuiuiſcere · amenisq;
virgultis ornari · vidimus in fe
cunditatẽ ſterilia reuocari · et ex
hauſto ſtipite exire radices ꝛ fru
gem maximã comitari · Itaq; in
nobis qđ forte pctis premẽtibꝫ
extuabat · quicq̃d macula exca
lentis vetuſtatis obſtabat hac
egritudis luce excluſũ ẽ · Et ideo
ſanũ te frater medica reddidit
egritudo mẽbroꝝ · ſola in te ma
teria carnis ĩdiget viriũ ſanitate
ac ne forte vexaẽt vtili mõ vexa
tur ꝛ morbo · hec ẽ quã in oibus
pcutit canicula ſenectutis · et ſic
fenũ areſcit florẽ ꝓpriũ pditura
ſicut ſcriptũ eſt · Ois caro fenũ
et ois claritatis ei9 vt flos feni
Aruit fenũ ꝛ flos cecidit · verbũ
aũt dñi manꝫ ineternũ · eq̃nimĩ
igit̃ feram9 ſi corpus qđ ſic fenũ
legim9 caſuris floribꝫ pitur ledẽ
tibꝫ mal̃ iacte exhauſtũ · cui9 ſa
nitas aĩe morbũ ↄſueuit inferre ·
ꝛ ↄtra ↄmoda ſpũalia ferales ac
barbaras elicẽ voluptates · ſepe
deniq; caro nuilites caſtitate ef
frenata deſtruxit · ꝓ nobꝫ ẽ igi͛ ſi
lõgis flagellis ꝛ morbacibꝫ caſti
gem͛ · huiꝰ tñ ſanitate ĩpugnam͛

amamus carnē ſtolidi·haud do
lemus anime ſcilicet carcerem ⁊
ſepulturam·theſaurū itaqꝫ ipiꝰ
carnis frugalitate contempta·
qꝺ acciderit deuocōis amplexi
bus rapiamus·Meticuloſū eſt
eñi criſtianū militē velle letan
cium modo in tranquilla ↄſiſtē·
deiecte mentis eſt turbidimein
formidare·contrariū vero inter
contraria trepidare·infelicitatis
eſt aduerſa neſcire·felicitatis ē
cum aduerſis noſſe congredi et
ſcire pugnare·nam cum omnes
ictus vt iam diximus quibus
quatimur diuino gignantur ex
munere·exterum ſe nouerit ab
amore dei qui neſcit temptacio
nibꝯ vectitari·cum legalis tuba
multiplici carmine auditui nrō
inculcet ⁊ dicat·temptat inquit
dominus noſter vos·vt ſciat ſi
diligitis eū ex toto corde veſtro
et ex tota anima veſtra Et alibi
Fili inquit nec neglexeris diſci
plinam dei·⁊ ne defeceris ab eo
correctus·quem enim diligit
deus corripit Et iterum·correcti
onē inquit domini noli cōtemp
nere·ipſe eñi dat dolorem·⁊ ipē
refrigeria·percutit ⁊ manus eiꝰ
ſanitatē preſtant·ꝫ forſitā dicis

Infirmus

Utinam vt et ceteris ſub ſpe ſa
nitatis daretur per interualla
temptari·vtinam ſoſpitatem
inter capedinis qualiſcunqꝫ ſuc
ceſſus liceret paululū deguſtare
quid hoc ē vt morbꝯ in mēbris
ita verſetur ⁊ degat incluſus·vt
excluſerit ſanitatē non redituꝫ
vt perniciosus comes vſqꝫ ad
terminū vite concuſſa membra
deducat·deducat ipē quoqꝫ ipſa
morte cum mēbris excludendus
q̄d eſt hoc vt ſanitas ſenſū per
omne ſpaciū vite frequētati ſūt
artus·inducto frigore venarū
calidus vigor euanuit in algorē
inceſſus quos natura dederat tor
por incluſus excluſit Nō deniqꝫ
ad exerciciū tabidi corporis iter
vel paululū deguſtat·nō genua
ſolitas flectuntur in preces·digi
torꝫ impar ordo interno ſtupore
turbatus arcet ſolita ↄtrectare·
quid pluribus ꝯ Omne officiū
corporis ſtacionibus connexorꝫ
abeſſe ſic alget incluſum·proch
dolor·ſolus ſic debui caſtigari·
ſolus tā pniciosis ictibus ſubia
cere·⁊ diuturnis malis inuolui

Iheronimus

Queſo te frater vt hec murmu
ra paciencie frenis arceas·et ſi
lencio q̄rulosas voces includas·
cum te ſolamen propheticū ſic
alloquatur et dicat·coniungere
inquit deo et ſuſtine vt creſcat
in nouiſſimo vita tua·omne

quod tibi applicitum fuerit ac
cipe. et in dolore ſuſtine. et in hu
militate tua pacienciam habe.
quoniā igne probatur aurum
et argentum. homines vero re-
ceptibiles diſcipline in camino
humiliacionis. Cū legalia iura
atq; carmina recenſeo prophe-
tarum auctoritatis quoq; mū
dane egregias ſentencias: conci
pit auditus niſi fallor diuinas
leges furtiuas: que neceſſe eſt
preceptis legalibus inſerantur.
non enim nocet alienis vti ea
parte qua noſtra ſunt. hec pri
ma ſciencia eſt. aurum inquit
probat ignis et miſeria bonos
viros. Et alibi. nichil inquit
eo videtur infelicius cui nichil
vnq̄ euenit aduſi. non licuit illi
ſe experiri vbi omnia illi ex voto
fluxerunt. Et alibi. miſerū in-
quit te iudico q̄ nō fuiſti miſer
tranſiſti ſine aduerſario vitā:
nemo ſciet quid poteris. nec tu
quidem. opus eſt eñ ad noticiā
ſui experimento. q̄d quiſq; poſſit
niſi temptatus non didicit. Et
alias. diu eñ eſſe felicem et ſine
morbo animi trāſire vitam igno
rare eſt rerū nature alteram par
tem. ergo miſerias emergentes
quibus ignota diſcuntur: et feli
citas naſcitur: virtus quoq; ex-
cuſſa purgatur felici animo per

feramus. ſiue quia pati nos o-
portebat. ſiue quia captiui iam
detinemur. Auro niſi addiderit
flamma fulgorem vilitatem pa
titur purgamentis obſcurum.
ita qui non fuerit miſeriarum
temptamentis excuſſus iacet
parciū felicitatis ac ſue virtutis
ignarus. merito ſalomon hac
voce teſtatur. qui temptatus in
aliquo nō eſt neſcit qualis ſit.
Benedic ergo dominū tempore
tribulacionis: quoniā laudaſti
tempore ſanitatis. vtere carmi
nibus vocis ꝓphetice. Benedi
cam inquit dominum in omni
tempore ſemper laus eius in ore
meo. vox illa quoq; maximi ſalo
monis ex te conſtanti preconio
depromatur. quaſi defecte vires
ingenti nutrimento lactantur.
et in nouella talia reparate con-
ſurgant. ſi bona accepimus de
manu domini quare autem ma
la non ſuſtineamus. dominus
dedit dn̄s recepit. vt dn̄o viſū
eſt ita factū ē. ſit nomen domini
benedictū. aduerſū igit̄ ſatiſq;
ↄtrariū eſt ꝓbacōis tp̄e in dn̄m
murmurare. q: vt vite nr̄e peſti
ferā labem eruānaꝝ iactacōe vex
at vt libēt. aut iuſticia ventilat
vt coronet ac vexacione mem-
brorum aut delictum vapulat.
aut iuſticia probatur vt vincat

namq; vt ad ſolamē paſſionū
tuarum probacionis antique
palme · tuum meritum reuolua
mus · iuſtiſſimis vtamur exem
plis · quāquam notum ſit perſo
narum merita longis gradibus
diſcrepare · nō ē iniquū ſi homi
nis criſtiani certamen victricis
iuſticie congreſſionibus compa
remus · mediocria ſunt que vi
deris in hoc mundo perferre · ſi
recenſueris quid iob familiaris
domini querit permittente domi
no ſuſtinere · temperauit deus vt
congrueret atq; competeret viri
bus tuis · prius nec potes · qui
impar eſt iuſticie titulis eſſe ſuc
cedentibus equalis · minus aūt
viro iuſto quateris · ſed grauius
a ceteris vulneraris · illius ſunt
magna · ſed nec minora ſūt tua ·
namq; ipſe magnus eſt qui ſe
queris magnum · vnus hic fuit
iob patriarcha maieſtatis cul
tor inuictus · equalis ſenſibus
opulentus eſt ⁊ diues · cuius il
luſtrium medicoꝝ preco extitit
dominus cum inimice factionis
inſtrumenta feralia laudis pre
conio preueniret · animaduer
tiſti puerū meum iob · quia non
eſt illi ſimilis quiſquā in terris
homo ſine querela verus dei cul
tor abſtinens ſe ab omni opere
malo · et permanens in innocē
cia ſua · et in ſimplicitate cordis
Igitur cum ex diuino permiſſo
hoſtilibus iaculis quateretur ·
eumq; frequens lacrimis inſi
nuacio truculēta pulſaret · emer
gentes ictus paciencie clipeo de
bellauit · maloꝛūq; ingruendū
ſiluam feralem ſatis atq; truci
bus plenam obicibus iuſticie
robuſtus occurrit · ille inimico
turbine ademptis opibus non
ſentit aliquod dampnum qui
lucrum dampnis inuenit · qui
dominum pecoris ſinibus porta
bat incluſum · ille cum edificiū
concuſſis angulis vis repentina
torqueret in lapſum · liberis ſub
ductis orbatur · et fide ſtabilis
et immobilis durabat · cuius
innopia membra atq; domino
plena cum beſtiarum leſionibus
verminarent · ⁊ plagatū infeſtis
ictibus corpus et vermium glo
bus per ſiniculos confoſſe car
nis preciosus erraret · intra vul
nera iuſtus icolumis militabat
et quoniā peſtilentibus plagis
rabies infeſta carpebat · hoſtiles
turbines tranquillitate mentis
vt cederent perferebat · iuſtus
vapulando vicit · inimicus cedē
do defecit · huic ſuoꝛum negatur
ſeruicium famuloꝛum · circa te
tui funguntur ſeruilibus miniſ
troꝝ · te amici frequenti acceſſu

conſolantur ⁊ dolent vt ſi natu
ra permitteret hoc onus tecum
portarent . vna eſt frater vna ē
animi virtus que nos ex huius
vite turbinibus quaſi de pela-
go eruens in portum tranquilli
tatis inducat . en dies pronis
lapſibus accelerat in occaſum .
Ecce mundus immundus ſordi
bus ſenectute rotatur in lapſū.
Ecce nos ſuffragio mortis vic
toris ſuſcipit celum . cuncta no
bis cadentibus pereunt et oc
caſu iam finitiuo non reditura
ſorbentur : apud nos poſt per
ditum mundum . poſt corporis
mortem ſanata ſunt omnia . le
tabimur incolumitate membro
rum vbi vita nullo morbo vexa
tur . ideo in te frater officia cor
poris impedita preſtantiſſimus
animus illuſtri ducatu ita gu-
bernet et regat vt hec calami-
tas corporis ſit occaſio votiua
virtutis . non enim eſt arbor ſo
lida nec robuſta niſi que aſſi-
dui turbinis in aerſione ſtipi-
tibus concuſſis huc atqȝ illuc
inclinata temptatur . in qua ſe
pe ventorum turbidum flamen
incurrat . ipſis enim vexationi
bus conſtringitur . premitur .
firiſqȝ radicibus cicius robora-
tur . ita nos morbacibus fla-
gellis malorum frequencium
munimur extenſi . corrigimur
verberati . conſtringimur ceſi .
caremuſqȝ ſqualoribus dum
longis caſibus ventilamur . er
go inter erubeſcentes immani
buſqȝ miſerijs affectos artus
regnet celeſti vigore robuſta
atqȝ incolumis virtus . qua fe
rantur contraria et illa commo
da que vocantur aduerſa . in-
ter ipſas anguſtias ſapiens am
miniculo ſolaminis pari lecta
tur et pubeſcit et ambicioſa ra-
cione ampliatur et viuit . igno
rat deniqȝ que patitur . quā me
mor eſt inuicte virtutis . quā
ducatu racionis pleroſqȝ com
perit fuiſſe maris oppreſſos ma
lis : et malo ſuo magiſtra raci-
one auctos atqȝ nutritos . er
go tibi patent ſolacia racionis
vt iam pro commodis habea-
tur calamitas corporis . queqȝ
iacet tocius corporis maſſa cap
tiua . ſed veniet reſurrectio te
incolumē reddituram . queque to
ta in te occupata ſunt membra
ſed ſingula in laudes domini
quotidiano nutriatur aug-
mento . copiam laudis in regnis
celeſtibus narratura . dominus
te medicina celeſti confoueat .
et ſub tali pondere inflexibili

dominus te medicina celeſti cō
foueat· et ſub tali ponde͛ inflexi
bili virtute durare permittat·

Explicit tractatus beati ihe·
ronimi de ↄſolacione infirmoꝝ·

Epiſtola bartholomei facij
ſuper tractatu ſiue lebello quem
compoſuit de vite felicitate pro
illuſtriſſimo principe alfonſo
rege aragonum :·

Bartholomeus faci
us roberto ſtrozge
viro nobili ſalutē
plurimā dicit· Ani
maduerti vir ornatiſſime ex lrīs tuis perbreuibus
id qd perhoſce audiui ex te tibi
lamolā cui partes dyalogi mei
tribuo · minus facile ↄcedentem
guarino omnia que quidā ali⁹
quē honoris cauſa non nomino·
dixiſſe fertur · Ait eñ lamolam
victas vbiqȝ prebere man⁹ · q̄ſi
neſciente obiecta confutare · ab
iſta racione me tibi dixiſſe me·
mini pace tua loquar longe ro
berte diſcencio· Nam ſi vna res
tantū michi tractanda eſſet for
taſſe hoc quod dicis ꝓbaretur
magis· Sed cum michi ꝓpoſitū
ſit omnes artes ingenuas atqȝ
oīa ſcienciarū genera perquirere
nunq̄ͣ eſſet inuentus diſputacōi
mee locus· ſi lamolam guarino·
et guarinū lamole ſepius ↄtra
dicentes ac repugnantes indu
cerem· Idqȝ cum primū efficere
temptaſſem prolixitatis preſer
tim non neceſſarie faſtidio per·
motus a propoſito meo deſtiti
Satis eñ duxi cū oſtendiſſem
exempli cauſa que bona eſſe vi
derentur in diuicijs · ꝛ econtra·
que mala ad alias ſpecies deue
nire· ꝛ in ea re tum progredi lon
gius · quid eñ relinqueret poſtq̄ͣ
enumerata ſunt bona malaqȝ ex
quibus felicitas et infelicitas
maxime iudicantur quo longior
decideretur diſputacio · Sane
quicquid preterea dicerem in eā
ſentenciā id exquiſite cuiuſdam
magis q̄ͣ neceſſarie diligencie
eſſe cenſemus · Eſt michi prete
rea auctor quo neſcio an vllus
grauior xenophon ille ſocratic⁹
qui in eo dialogo qui ē de vita
tyrannica inſcriptus · ↄmemora
tis bonis et malis que in vita
tyrannica incidunt queſtioni ſue
finē facit · quē ego in hac diſpu
tacione quod attinet ad diſſerē
dum genus imitari volui · Sic
eciā cicero de ſenectute diſputās
et de amicicia cum docuit quid
boni ſit i ſenectute q̇d i amicicia

nec ſcipionem cathoni nec lelio
contradicentem enniū facit · eſt
ꝙꝓ illa vna ⁊ perpetua queſtio
ſed tacitis quibuſdam obiectiū
culis confutatis diſputacioni ſue
modum imponit · Secundū aūt
in queſtionibus tuſculaīs facit ·
cum enim probaē vult mortem
non eſſe malum aut cum egritu
dinem cadere in ſapientem non
poſſe: que vna ⁊ ꝑpetua queſtio
eſt qm̄ hijs de reb͛ varia ē opi
nio · propterea brutum inter//
dum repugnantem inducit · Eſt
altera racio qua id fecerim · ſcio
perſone dignitatem et naturam
in dialogis maxime eſſe ſeruan
dam · Cum vero ſcirem qua co//
mitate ⁊ facilitate ſit lamola in
reſpondendo et minime pertina
citer aduerſando veritati: ſeruire
perſone volui vt eo digna videa
tur oracio · Adhuc accedit ꝙ cū
ei ſermo et diſputacio ſit cum
preceptore ſuo doctiſſimo et gra
uiſſimo viro: cuius auctoritas
ſumma eſt ⁊ habetur: indignum
cenſui et contra inducere illum
guarini iudicio pertinaciter re//
fragantem · hijs racionibus ad
ductus ſum vir doctiſſime ne la
molam guarini defenſiones re·
fellētem ſed pocius eas facile vt
tu dicis concedentē faciam · que
ideo tibi ſignificaē volui ne tu a
me hoc temere factum putes: et
vt omnibus nota ſit propoſiti
atq; inſtituti mei racio qui ea q̄
tu opinione tenerentur · Sed
hec quidem hactenus · cum vero
ſeruaciam repetere ɔſtitueris pre
ſtabo vt aliquod ipſius dialogi
tecum ferre poteris · quandoqui
dem ita petis vt illū et principi
tuo perilluſtri ac litteratiſſimo
⁊ guarino preceptori noſtro oſ
tendas quoꝝ alterius graciā pere
te inire: alterius augere ſi modo
poſſim vehementer cupio · vale ·

Tractatus editus de vite feli
citate a bartholomeo facio pro
ſapientiſſimo atq; illuſtriſſimo
principe alfonſo rege aragonū ·

Humane vite condicio
nem ſepius reputan
ti michi rex ſapien//
tiſſime illud maxime
mirandū videri ſolet: ꝙ cū deus
ipſe princeps ⁊ conditor rerum
oīm nichil in terris preſtācius
hoīe creauerit: hoīeꝫ ipſū laborib͛
⁊ calamitatib͛ obnoxiū fecerit:
vt nemo adhuc ex tot ſeculis re
pertus ſit cui res in oī vita adeo
ſecunde ceſſerint vt ille ſe beatū
perpetuo exiſtimauerit · Id autē
diuina ſapiencia prouiſum eſſe
ſatis crediderī quo mortales ꝑ
ſpectis tot pn̄tis vite miſerijs

nullam in terris veram ſolidāqꝫ
felicitatē ↄſtare ſciant ac ꝓinde
celum illis ſuſpiciendū eſſe vbi
vera ⁊ ſemper manens beatitudo
ſit quā q̄ꝫtum in me fuerit exqui
rendū putaui. Jtaqꝫ cum ſuperio
ribus menſibus ocioſus eſſem.
et aliquid ſcribere decreuiſſem
qd̕ excellencie tue placere poſſet
multaqꝫ ab antiquis ⁊ contēpo
raneis noſtris grauiter ⁊ ornate
ſcripta occurrerent. quibꝰ nihil
omnino addi poſſe videatur. de
vite felicitate ſcribere inſtitui. qm̄
ea res michi digna viſa eſt ma
ieſtati tue. ⁊ nichil de illa adhuc
ſcriptū vidi quod quidē michi
vſquea deo ſatiſfaciat vt aliud
non deſiderem Nec vero me ab
hoc propoſito vt arbitror ho
neſtiſſime abſterruit materie
difficultas. licet illam ſcirem
theologie magis eſſe q̄ꝫ eorum
ſtudiorum quibus ab adoleſcē
cia mea incubui. nec certe tantū
operis aggreſſus ſum quod ſim
fretus ingenio vel doctrina q̄ꝫ
cenſeo in me q̄ꝫ ſit exigua. ſed
pocius diuina ope confiſus vnde
omnia mortaliū ingenia lumen
accipere et ſapienciam liquet.
Nam quis eſt q̄ꝫuis ſummo et
acutiſſimo ingenio vigueit qui
iſta percipere et tradere abſqꝫ di
uino auxilio ſe poſſe confidat.

An poteſt eſſe quicquā occulciꝰ
in tota theologia q̄ꝫ ſummi boni
et beate vite queſtio: cuius eſt
inter philoſophos tanta diſſen
cio. ego tamen totam opinionē
meā ex hominū ſapientiſſimoꝝ
ſentencijs et diuinitus ſpiratoꝝ
tradicione confirmaui. quam
legens ipſe cognoſces. Hoc aūt
opuſculum q̄ꝫuis qd̕ ad laborē
meum attinꝫ haud ſatis dignū
videat̄. qd̕ in tam magni ⁊ tam
excellentiſſimi regis manus per
ueīat maieſtati tue dicare ſtatui
qd̕ quidē merito tuo videor mihi
facere debere Nam vt omittam
tuam in me beneficenciam ſingu
larē. in quē regem de beata vita
libellus conuenire magis poteſt
q̄ꝫ in te. qui ↄmuni opinione re
gum omniū etatis noſtre beatiſ
ſimus habeare. nec ab re quidē.
habes eīm rex ſapientiſſime qd̕
de ciro minore perſarum rege. a
lyſandro lacedemonio dictum
ferunt fortunā ſcilicet cum vir
tute coniunctā. Quis eīm te vel
prudencia vel magnanimitate
vel equitate vel moderacione vel
clemencia vel felicitate vel libera
litate preſtancior: Quis factis
illuſtrior: Quis preterea in ge
rendis rebus felicior: Cum eīm
cogito q̄ꝫ topere tibi fortuna faue
rit in āpliſicando paterno regno

Tu profecto vnus michi vide-
ris non ſolū cui faueat ſed eciā
obtemperet ipſa fortuna. ſed de
laudibus tuis plura poſthac ſi
michi vita contigerit. ego em̄
pro meo in te amore ⁊ obſeruā
cia ſingulari quā malo rebus q̄̄
verbis preſtare tuis virtutibus
⁊ rebus geſtis celebrandis mag
nificandiſqꝫ nunq̄̄ profecto ſa-
ciari poſſem: vt omnibꝫ poſteris
notus et eciam per me fias. vt
autem ſcias libelli ordinem An
thonium panormitam poetam
atqꝫ equitem preclarum. Gua
rinū veronenſem oratorem pre-
ſtantiſſimū ac Johānem lamo
lam diſertiſſimum virum collo
quentes facio: vt coram quaſi
preſentes inuicem loqui putes.
habet em̄ neſcio quomodo plus
ſuauitatis et gracie: dicam eciā
dignitatis oracio per dialogum
deſcripta. qđ ꝑ tua ſapiēcia non
ignoras. Quod reliquum ē rex
magnanime te oro vt hunc libel
lū q̄cq̄d ē tuo nomini deſtinatū
ea fronte atqꝫ hijs oculis qui
bus ſoles q̄ tibi grata ſunt ſuſci
pias et per ocium plegas. Que
ſi maieſtatis tue grauiſſimo iu
dicio probari cenſero gaudebo.
meqꝫ ampliſſimum laboris mei
fructum maximūqꝫ a te munus
ↄſecutum exiſtimabo.

Incipit dialogus.

Cum anthonius pa-
normita clarus ⁊ ſin
gularis poeta iureqꝫ
ↄſultus ferrariā ſeſe
aliquando ↄtuliſſet: ⁊ forte apđ
guarinum veronenſem eloquen
tiſſimū virum eſſemus ambo:
cuius hominis viſendi gracia in
eam vrbem profectus eram: ſup
ueniſſetqꝫ lamola poſt multos
complexus ⁊ multa verba de mu
tua valitudine vltro citroqꝫ ab
illis habita: in varios ſermones
incidimus. Cumqꝫ de humane
vite condicione ſermo inter nos
ortus foret ꝙ mirū videretꝰ nob
cur cum omnes in id potiſſimū
ingeniū ac ſtudium intendant
vt felicitatē conſequantꝰ nemo
adhuc illā adeptus fuerit. Tū
anthonius vis ne inq̄t guarine
q̄n ocioſi ſumus ⁊ res digna eſt
diſputacōe vt a profeſſione nr̄a
parump recedētes et q̄ſi ludētes
ph̄oꝝ campū ingrediamur. atqꝫ
vt de hac re aliq̄d diſſeramus.
Neqꝫ em̄ verendū ē ne ſi ph̄oꝝ
arma induamꝰ aut ariſtoteles
aut plato illa nobis tanq̄̄ ſua e
manibꝰ auferāt. eciā ſi illis nō
omnino aptiſſime vti ſcierimꝰ.
tuqꝫ rethorum ⁊ ego poetarum
armis magis vti ↄſueuerimus:

volo equidem inquit guarinus
et illud vehementer cupio · nec
res propē vlla eſt de q̄ ego diſpu
tare vel audire malim · Eſt enim
vt dixi res diſputacione digna
ac ꝑpe cotidiana hominū queſ
tione pertrita michiq; erit gra
tū et idem lamole noſtro vt ar
bitror ſi quid de hac cenſeris
nobis explicabis · Tū arridēs
anthonius haud equū inquit
poſtulas guarine · qui cum etate
et rerum vſu me ſuperes velis a
me de hac materia que magis
tua q̄ꝫ mea eſt ꝑores partes in
diſputando ſuſcipi · Quamobrē
tuum officiū feceris · ſi vt etate
prior es · ita prior ſentenciam
dixeris · Tum guarinus non
diffidebor inq̄t anthoni id qđ
ſi velim inficiari non poſſum me
quidem etate precedere · ſed qđ
in ceteris partibus te antecedā
in eo tibi plane non aſſencior
preſertim cum tu iuris cōſultus
⁊ eques ſis cumq; plures retho
res hijs temporibus inueniant̄
ſatis clari · Poeta aūt illuſtris
preter te nullus · qui quidem a
ſigiſmondo imperatore propter
optimū de te iudiciū conſenſu
omniū excitatum laurea corona
more maiorū donatus ſis · que
res vſq; adhuc noſtrorꝫ cōtigit
nemini · Tum anthonius · facis
inquit guarine vt ſoles · Quos
enī valde diligis eos ſupra mo
dum laudas et extollis · Itaq;
minus miror ſi tantū michi mō
tribuiſti · q̄ꝫ tum vtinam michi
merito tribui poſſe cognoſcerem
Sed gratum feceris ſi laudibꝫ
meis pcens de re ipſa diſputarē
ceperis · Tum guarinus faciam
qđ iubes quando me ita cogis
ne me inexorabilē atq; difficilē
dicas aut hoc diſputacionis ge
nus diffugē me velle ſuſpiceris
atq; illud breui dicam quod
ſencio · neminē in hac vita beatū
eſſe poſſe ſiue is actiuā ſiue con
templatiuā vitam ſequatur · Eſt
enim inſitus natura mortalibus
inexplebilis quidam appetitus ·
vt quo plura quis adeptus ſit
eo plura deſideret · pluribuſq; ca
rere ſe cenſeat · Idq; hoc vno
argui et probari poteſt q̄ꝫ nemi
nem videmus quodcumq; vite
genus ſit ingreſſus quem non
paulo poſt delecte vite peniteat ·
Cuiq; in eo genē vite diligēdo
ſeſe erraſſe non exiſtimet ⁊ alie
num inſtitutū magis probet q̄ꝫ
ſuum · Ego vero hanc eſſe beati
tudinē vite dico habere eaꝝ rerū
omniū copiam et eleganciā que
ad victum cultumq; corporis ne
ceſſarie atq; honeſte ſint preſen
tiq; rerum ſtatu contentum eſſe

nec ſentire ſe vlla re indigere· mi
chil amplius requirere ·nihil ex
petere· nulli queſtui ſeruire· Om
ni deniq₃ animi anxietate omni
corporis carere moleſtia· cui au-
tem hec non ſint hunc beatum
eſſe nullo modo poſſe · Et quo-
niam nemo in hac hominum cō
munitate degens iſta aſſequi
poſſit · propterea beatum nemi-
nem exiſtimandum eſſe · Qui
vero diſtracti rerum humanarū
curis totos ſeſe in cognicionis
et ſciencie ſtudijs collocauerint
hij nec beati quidem: quoniam
dum hoc corporis munere ꝛ gra
ui neceſſitate funguntᷣ tranquil
litatem mentis vnde felicitas
paritur conſequi non poſſunt ·
Eſt enim innumerabilibus labo
ribus et periculis referta hec vi
ta: quibus etſi nō omnino frāgi
tamen non commoueri ſapien-
tis animus non poteſt: niſi peni
tus ſenſu caruerit · habetis hijs
paucis quid de vite felicitate cē
ſeam de qua alia multa dici poſ
ſe non negauerim ·

Anthonius

Actiue vite partes non auſim
defendere · ſcio enī id eſſe diffici
le · ſed hec erit lamole noſtri ꝓ-
uincia quem intellexi te dicēte
non annuere ſentencie tue ꝛ me
ditari ſecum que tibi reſpōdeat ·

Cum vero ad contemplatiuam
vitam ventum erit eius defenſio
nem ſubire non recuſo · qđ min⁹
me tueri non diffido ·

Iamola

Haud equū facis anthoni quī
tantū oneris michi imponis etſi
nō omnino preceptoris mei ſen
tencijs acquieſco · ſed tamen vt
morem geram voluntati tue hūc
laborem ſuſcipiam non inuitus ·
Idq₃ aliquanto libencius vt te
poſtea contemplatiuam defen-
dentem audiamus ·

Anthonius

Bene facis Iamola qui tam fa
cilem te nobis prebes · ſed hoc
in p̄mis agito poſt agā qđ voles

Iamola

Recte tu quidē ꝛ ſapienterᷣ guarine
vt ſoles oīa q̄ ex te queruntᷣ · ſed
tamen difficile eſt aſſentiri tibi
nullā viuendi racionē eſſe que
vitā beatā poſſit efficere · multos
enī cotidie videmus quibꝫ nihil
deeſſe ad beate viuendū exiſti-
maᷣ · eſſe preterea multa q̄ hoīez
beatū preſtareᷣ poſſint rere · tu nul
lū vero penitus excepiſti · ſꝫ de oī
bus vnū atq₃ idē tanq̄ de patri
cidis ꝛ ſacrilegis iudiciū tuliſti ·

Guarinus

Que nā ea ſūt Iamola q̄bꝫ hāc
felicitatē ꝯpari putes poſſe ? nā
libꝫ me ex te audiē cuiuſmōi ſūt

Lamola

Ego inquam primũ crediderim diuicias preſtare homini hoc poſſe que vel ob eam rem maxime optantur ⁊ queruntur · vt earũ rerũ nobis ſit copia · que vel neceſſitati vel ornamento ſint · nunc vero edes ampliſſimas · villas · cultiſſima rura · vberes agros · preciosam ſupellectilem · veſtes egregias · vaſa argẽtea aureaqꝫ celata · margaritas · gemmas infiniti ſumptus · hinc equos inſignes · ſeruos · miniſtros egregios · hinc deniqꝫ omnia ad ſplendorem vite pertinencia comparamus · hinc amicos adiuuare · ꝓpinquis benefacere · liberos locupletare poſſumus · Que qui non habeat · hũc nõ beatũ nimiꝝ puto

Guarinus

Longe in hoc lamola a te diſſencio · diuicie enim non ſacietatẽ hominibus afferunt ſed maiorẽ pocius auiditatẽ ⁊ ſiti · Quotus eñ quiſqꝫ reperietur qui eciam ſi habundet omnibꝰ bonis non alia atqꝫ alia maiora ⁊ meliora expetat · eius rei nobis grauiſſimus teſtis ẽ Juuenalis noſter elegantiſſimus ita inquiens · interea pleno conſurget ſacculus ere · Creſcit amor nummi q̃tum ipſa pecunia creſcit · ⁊ minus hãc optat qui non habet · Nec vero ſolũ appetitu augende rei familiaris angitur diues · ſed eciã que adeptus ẽ amittendi metu · atqꝫ ita vnde vite tranquillitatẽ ac iocũditatẽ expectabat inde anxietas et ſollicitudo exoriẽ · Quid ꝙ hijs probi hoĩes ſepe carẽt ⁊ improbi exuberant · ſed illud diuiciarum malum eſt maximũ · ꝙ ſepe tyrannos et facinoroſos homines ad bonoꝝ cedẽ incitãt Legimus eñ apud ſuetoniũ et alios hiſtoriographos innumerabiles ꝓpe clariſſimos ⁊ eoſdẽ innocẽtiſſimos viros a caligula ⁊ a nerone vt reliquos taceam diuiciaꝝ magnitudine interfectos fuiſſe · quibus non eſſꝫ illata vis ſi pauperes extitiſſent · hinc idem ſatirus · temporibus igiẽ diris iuſſuqꝫ neronis longinũ et alios ſenece prediuitis ortos clauſit et egregias lateranorũ obſidet edes Tota cohors · rarꝰ venit in cenacula miles · nec nõ tyranni ſolum · ſed eciam inimici modo ⁊ alieni ſꝫ eciã domeſtici · veretur enim locuples ne aut a ſeruis aut a miniſtris expilẽ neu tanto ſudore ꝑtas diuicias vno momẽto amittat et qđ grauius eſt ne ſibi auferantẽ manꝰ · ſi quo preterea peragrandum eſt q̃tillum argẽti ſecũ ferat ſemꝑ itineris ſollicitudo eſt comes ·

timet eñ ne in latronē incidat
a quo nedū re ſed eciā vita ſpo-
lietur. Cum quidem tenuis ille
paruoqȝ contentus nec latro-
nes nec inſidias perhorreſcat. ⁊
vel per medios intrepidus eat.
ſic ſatirus. Pauca licet portes
argēti vaſcula puri. Nocte iter
ingreſſus gladium contumqȝ ti-
mebis. Et mote ad lunam tre-
pidabis harūdinis vmbrā Can-
tabit vacuus coram latrone via-
tor. Nec vero hunc diuitem ap-
pellabo qui queſtui qui mercatu-
re dat operā. eciam ſi coſmi for-
tunam poſſideat. Quoad enim
alia atqȝ alia queret diuitem
nō putabo. qui ſi diues nō erit:
certe pauper. ⁊ ob id omnium ho-
minū ſentencia nō beatus. Pre-
terea apud amicum vel apud ty-
rannū cenans locuples illorum
epulas non nunquam ſuſpectas ha-
bet. et qd miſerius eſt porrecta
ab vxore et propinquis pocula
interdum horret. hinc ille ipſe ſa-
tirus. Sed nulla aconita bibū-
tur fictilibus. tunc illa time cum
pocula ſumes gemmata. et lato
ſetinū ardebit in auro. Atqȝ
ita quem in diuicijs vite portū
ſperabant non modo non inue-
nerūt ſed ſummam pocius pro-
cellam ⁊ turbulentiſſimā tempeſ-
tatē. Que cum ita ſint dices in
diuicijs beatā vitā conſiſtere?

Lamola

Depuliſti me de ſentencia mea
guarine. tot enim raciones at-
tuliſti modo vt non ſolum non
putem diuicijs felicitatem con-
tineri ſed magis mirer eſſe ali-
quem qui pro illis congerendis
ſeſe laboribꝫ ⁊ periculis cupidus
exponat. Sȝ quamuis tibi conceſſeri
diuicias nō poſſe vitā beatā red-
dere: non tamē tibi concedo pricipes
et reges non beatos eſſe. Quid
eñ illis deficit quod non beati pu-
tandi ſint? In primis eñ que
vel ad victum vel ad ornamenta
vite attinent illis adſunt. nec
ad ſacietatē modo verū eciā ad
delicias. affatī michil audiunt a
ſuis qd illorum aures offendat.
Omnes ad eorum voluntatem
loquunt. omnes ad eorum volū-
tatem tacent. ſompnum ac re-
quiem pro eorū voluntate atqȝ
arbitrio capiūt. oēs venientibꝫ
illis aſſurgūt. aſſiſtunt. cedūt.
parēt. proſperis illoꝝ rebꝫ colle-
tantur: aduerſis vero contriſtant
et condolent. Illoꝝ caſus conſilio
et re ſubleuare nitunt. Si quid
ē pulchri in toto regno ab ſe de-
fert. munera ampliſſima cotidie
accipiunt: non a ſubditis modo
verū eciā ab externis: quibꝫ eoꝝ
gracia atqȝ familiaritas cara eſt

habent aulicos magnos ⁊ preſ-
tantes viros·q̄ frequentes apđ
illos ſunt · qui illis miniſtrant
qui illoꝝ exequuntur imperia · vo
luptates vero oīs generis illis
percipere facile ē · quibus nemo
ē qui non toto ſtudio gratificari
conetur·habent preterea qđ ego
maximi omniū facio prope parē
cum deo in homines poteſtatē·
In illos enī ius necis atq; vite
habent · vt et nocentes ſeruare
et innocentes occidere ſi velint
poſſint·Nam vt ait ſapientiſſi
mus cicero noſter nulla ſiquidē
re ad deos immortales propius
accedimus q̄ȝ ſalutē hominibꝫ
dando·et preter reges ac dn̄os
dare nemo poteſt·Siquidē ma
giſtratus legibus obſtrictus eſt
quas ei preterire non licet·volū
tas aūt principis ꝓ lege habet

Guarinus

Credo te lamola non tā iſta di
cere q̄ ita ſencias q̄ȝ vt videas
quibꝫ racionibꝫ illa ↄfutē : dicā
tamē qđ ſencio · michi quidem
omnia que dixiſti modo videnē
ad refellendū facilia·In p̄miſq;
qđ dicis nichil regibus deficere
qđ ad neceſſitatē dignitatemq;
vite pertineat · hoc certe haud
magnū eſt et in p̄ncipe nequaq̄ȝ
admirandū·multi etenī priuati
ciues iſtud aſſecuti ſunt ·quibꝫ
non modo neceſſaria ſed eciam
delicioſa ⁊ voluptaria habunde
ſunt · namq; ad explendam hu
iuſcemodi reꝝ concupiſcenciam
eciā priuate opes ſufficiunt·hoc
aſſequi poterat ſi voluiſſet · M·
Craſſus·hoc lucullus·hoc multi
alij romani locupletiſſimi viri
poteſt vt hoc eciā de preſentibꝫ
loquar is quē paulo ante nomi
naui coſmus medicus·poteſt vi
tilianus borreme9·poſſunt ⁊ alij
multi diuicijs celebres viri·Ita
q; qđ ad hanc partem attinet
nichil michi videris dixiſſe qđ a
p̄uatis ſe iunctū ſit ·Qđ dicis
nichil audiri ab eis inter ſuos
qđ eis moleſtū ſit ·Omnes ad
eoꝝ voluntatē loqui ac tacere ·
vide quantum ego ab opinione
tua diſcrepem·Id enī qđ tu illis
ↄmodo eſſe ducis ego incomodo
eſſe arbitror·Adulatoꝝ enī blā
dicijs inducti ſepe in maxima
mala prolabuntur · quibus af
fecti cognoſcunt non felicitatem
ſed calamitatem in aſſentacione
eſſe repoſitam · delectarent vero
eos laudes ſi illas a ſincero ho
minū de ſe iudicio manare intel
ligerent · Sed cum ob vite tur
pitudinē·ob ignauiam·ob cru
delitatē eiuſmodi laudibꝫ ſeſe
indignos ſciāt·nulla delectacio
ē que ipſoꝝ animos cape poſſit

auirarent eciam ſermones et ſi/
lencia ſubditoꝝ ſi illa a quadā
libera voluntate proficiſci crede/
rēt·ſed cum ea a quodam de ſe
metu procedere non ignorent ⁊
propterea hec nullam volupta
tem afferre poſſunt·⁊ idcirco vi
tam beatam preſtare nequeunt·
Quod illos requieſcere ociari ac
ſompnos ducere pro eorum ar
bitrio aſſeris: et hoc quoqꝫ fal
ſum eſſe breuibus verbis ꝯuincā
Ego quidē lamola nō ſolū puto
hec illis equalia cū ꝑuatis non
eſſe·ſꝫ pocius eos a ꝑuatis lōge
ſepari·quo em̄ grauioribꝰ nego
cijs curiſqꝫ homines intenti ſūt
eo difficilius hec corpis ꝯmoda
ꝯſequuntur·Sed cum regibus
ḡuiores cure q̄ꝫ ꝑuatis incūbant
propterea illos hiſce rebus ma
gis carere q̄ꝫ ꝑuatos veriſſimū ē
Hinc de enea virgiliꝰ·curiſqꝫ in
gentibꝰ eger ſpē vultu ſimulat·
ꝑmit altū corde dolorē·Et alibi
ipſe vno gradiꝰ comitatus acha
te·Achates em̄ in eo loco cura ē
que nunq̄ꝫ recidit a regibꝰ·Se
pius em̄ euenit vt miſtris q̄eſcē
tibꝰ ipſi q̄eſcere nō poſſint·Quod
ex eo oſtenditur At pius eneas
per noctē plurīa voluēs·alijs em̄
ſompno ⁊ quieti indulgentibꝰ.
ſolus eneas pro comitum ſalute
vigilabat·ſi bellū domi habent

ſolliciti ſūt de regno ⁊ ſtatu ſuo
ne eo orbati i miſerias incidāt·
ſi pacē timēt ⁊ ciues ſuos ne q̄d
aduſus ſe moliant̄ noui·ne ve
neno vel ferro petiti opprimanᵗ
Timēt eciā domeſticos qđ ē gra
uiꝰ·Quo em̄ angore q̄ metu ex
iſtias dioniſiū ꝑorē affici ſolitū
q̄ cū tonſori non crederet ignito
carbone ſibi vt cicero meminit
vrebat capillū: Qua ſollicitudīe
alexandrū pherum quo timore
vitā egiſſe arbitraris q̄ vxoris
thalamū niſi premiſſis inquiſi
toribꝰ ingredi non audebat: di
ces fortaſſe hijs merito timendū
erat qm̄ iprobi fuerint·Bonis
vero ⁊ iuſtis regibus michil tale
metuendū·Cur igit̄ tarquinus
priſcus·aut ſeruius tullius reges
plane boni atqꝫ equi interfecti
ſunt: Non igitur immerito a
iuuenali dictum eſt·Ad generū
cereris ſine cede ⁊ vulnere pauci:
Deſcendūt reges·et ſicca morte
tiranni·Quid illa perpetua anxi
etas augendi imperij q̄ꝫ grauis
eſt comes·putas ne illū animo
poſſe ꝯſiſtere qui ſemper ſecum
agitet quomodo poſſit acceptū
a patre regnum augere: Plura
alia ⁊ varia incomoda q̄ regibꝰ
et tirannis obueniūt memorare
poſſem niſi ea ſcirem diligētiſſi
me numerata eſſe a xenophonte

in eo libello qui de vita tyrānica inſcṗtus ab aretino noſtro viro eloquentiſſimo latinus ē fact⁹ quē te vidiſſe ac legiſſe ſcio· habes qđ ad hanc partem attinet vt michi quidem videtur ſatis

Iamola

Ego vero ſatis · cum em̄ cogito quibus in laboribus angoribꝰ et periculis principū vita verſet̄ non poſſum non confiteri illoꝝ vitam non beatam eſſe· Sed q̄d de magno ⁊ potēti ciue dixeris: negabis illum beatum eſſe· cui⁹ ſūma ſit in re publica dignitas: quē tota ciuitas miretur· quem obſeruet· cui cedat· cui obſequi ſtudeat· q̄ vel in foro vel in curia regnet·

Guarinus

Quod ſi ita eſt vt certe negari non pōt quiſnā hiſce acceſſoriȷs bonis putauerit vitam beatam fieri poſſe Summū quippe bonū vt lactācio placet tale eſſe oportet vt homini cū nullo animāte ꝯmune ſolius animi ſit· nec vllam cum corpore aut cum rebus externis communionē habeat· Ac deniqȝ tale vt nō poſſit abſqȝ ſciencia ⁊ virtute comparari hoc vero bonū ita diffinitū illoꝝ omniū ſentencias excludit de quibus facta eſt mencio· Quecumqȝ eñ dixerit aut nobis cū mutis animalibus ꝯmunia ſūt aut a noſtra poteſtate ſeiuncta· Que ſit philoſophoꝝ opinio de ſummo bono in quo vita beata contineāt ſatis explicatū videt· Nūc reliquū eſt vt quid noſtri de eo ſenciant explicetur· lactācius quidem ſummū bonū hoīs poſitū eē in imortalitate cenſet eamqȝ quaſi mercedē maximā laboꝝ ac meritoꝝ noſtroꝝ a deo mortalibus conſtitutā eſſe· Cōparariqȝ duabꝫ rebus religione ſcilicet ⁊ ſapiēcia· Ait eñ cū oīa que data ſunt homini pene videantur eſſe cōmunia brutis animantibꝫ· puta vox riſus caritas racio· videmus eñ illas ꝓpriȷs et ſibi datis a natura vocibus inter ſe noti ſquaſi ſimul colloqui· demulſis auribꝫ et rictu in laſciuiam ſoluto quaſi ridere· in fetibus gignēdis educandiſqȝ quaſi q̄ndam ſpeciem amoīs humani preſe ferre· in tuenda vita in fugiendis periculis quedam non obſcura racōis ſigna prebere Omnes animantes preter hominē religionis ⁊ ſapiencie exꝑtes eſſe video eaſqȝ ſoli homini conuenire· racionē aliquā beſtiȷs eſſe datam ad ſuſtētandā vitā homini vero perfectam ad diuinarū rerum intelligenciam Cui quidē opinioni aſſenſum eſſe ciceronē ait dicentē· Ex tot generibus nullū eſſe animal pret hominē qđ habeat aliquam dei noticiam nullamqȝ gentem eſſe tam inmanſuetā neqȝ tā feram que non eciam ſi ignoret qualē haberi deū deceat· tamen habendū ſciat· ſpectandū nobis eſſe in celum nullam aliā ob cauſam niſi ob religionē· Nam ſi rligio tollatur e medio nullā ſupereſſe nobis cum deo cognicionē· erigendos ad celū oculos aut religionis cauſa aut rerū diuinarū cognicōe· Sed quia res diuine hominis ingenio perfecte ꝯprehendi non poſſunt religioni ſeruiendū eſſe· oportere aūt religionem cum ſapiēcia coniungi· nec alteram rem abſqȝ altera pfectā

eſſe : eoſq; q̄ alterutram ſuſcipi
ant altera neglecta viam mag
nis erroribus implicitam ſequi
quoniam in hijs duabꝫ inſepa
biliter connexis et officium ho//
minis et veritas omnis incluſa
ſit . Idcirco inquit factus eſt
mundus vt naſcamur . ideo naſ
cimur vt factorē nr̄m ac mūdi
deū agnoſcamꝰ . iō agnoſcamꝰ vt
colamus . ideo colamus vt imor
talitatem pro laboꝝ mercede ca
piamus . hanc tamen immorta
litatem cum vera dei cognicione
et contemplacione coniunctam
intelligamus . In quo quidem
errauere philoſophi inter quos
M . cicero qui eciam ipſi immor
talem eſſe animū putauerunt . ſꝫ
verum deum omniū reꝝ condito
rem ac parentem defectu ſapiē/
cie neſcierunt . hoc de ſummo
bono lactancius . Iſidorus vero
ſacrarū lraꝝ doctiſſimus ſummū
bonū eſſe inquit deum qꝛ ſit in//
corruptus . incommutabilis . im
mortalis ⁊ ſimplex . que omnia
in ſolū deum cadunt . Nam etſi
immortales angeli atq; anime
ſunt tamen ⁊ cōmutabiles ſunt
quando in vicia prolapſe a deo
deſerunt̄ . Cuius verba afferre
cōmodius reor . Summū bonum
inquit deus eſt quia incōmuta
bilis eſt ⁊ corrumpi omnino nō
poteſt . Creatura vero bonum ſed
non ſummū : quia eſt mutabilis
et dū ſit quidē bonū non tamen
eſſe poteſt ſummū . Quid ē eni
dei immortalitas niſi eius incō
mutabilitas ? nam ⁊ angeli ⁊ a//
nime immortales ſunt : ſed incō
mutabiles non ſunt . Ideoq; ſo
lus deus immortalis : quia ſolꝰ
incōmutabilis eſt . nam anima
moritur dum deſerente deo de bo
no in malū mutatur . ſicut et an
gelus dum deſerente deo lapſus
eſt . Qd̄ materiā habet vnde ex
iſtat mutabile ē . qꝛ de informi
ad formā tranſit . Qd vero nō
habet materiā imutabile ē . ſicut
deus vtiq; imutabilis ē . Bene
itaq; ac ſubſtancialiter ſūt iſta
in deo . incorrupcio . imortalitas
et incōmutabilitas . vn̄ ⁊ merito
cūcte preponit̄ creature opus nō
cōſiliū apd deum mutari . nec va
riari eū quia per varia tempora
diuerſa precipit . ſed manēs idē
incōmutabilis et eternus . Qd
cuiq; tempori congruū eſſet ab
ipa eternitate in eiꝰ māſit diſpo
ſicōe cōſilij . Non nos aliud deū
putamꝰ aliud pulchritudinē eiꝰ
ſicut aliud ē homo aliud eiꝰ pul
chritudo . qꝛ deſiſtēte pulchritudi
ne homo manet : ac p hoc q̄ ita
intelligit deū corporeū eſſe credit
dū pulchritudo dei ipſe ſit deus

Jdeo deus dicitur ſimplex ſiue
non amittendo qđ habet · ſiue
quia non aliud ē ipſe aliud qđ
in ipſo eſt · Inordinate dici ſeu
ↄferri vicijs ea que ordinate in
deo ſunt vtpote ſimplicitas que
aliqñ dicit̃ pro ſtulticia et non
eſt apud deum · apud deū vero
ſumma ſimplicitas · ⁊ iuxta hāc
regulam cetera extimanda ſunt
hec yſidorus · Auguſtin⁹ magn⁹
perfectuſq₃ theologus ſummū
bonum eſſe cenſet eternam vitā
et ſummū malum eternā mortē
ac propter illam comparandā
nobis recte viuendū eē · Scrip
tū eſt eñ inquit · Juſtus ex fide
viuit qm̄ nec bonum noſtꝝ iam
videmus ex quo ē opus vt illđ
credendo queramus · Nec vero
vt ipſe teſtatur noſtꝝ recte viuē
ſatis eſt ad vitam illā adipiſcē
dam · niſi credentes et orantes
nos adiuuet qui ipā₃ fidē dedit
qua nos ab illo iuuandos eſſe
credamus · preclare ille quidem
de ſūmo bono ſi illud exiſtimat
eternam vitam Eterna eñ vita
quid ē niſi deus eterne vite lar
gitor · ipſe eñ eſt ⁊ vita et ſalus
noſtra · vnde illud · Ego ſum via
veritas ⁊ vita · Ipſe eternus qui
et principio caret ⁊ fine · igitur ⁊
vita eterna eſt cum deo eternū
eſſe ⁊ in deo eternū viuere · atq₃
in eius diuinitate cōtemplanda
omnes cogitaciones noſtras ia
cere · quā vnā rem tantummodo
in beatoꝝ mentibus verſari cre
diderim · Alibi idem auguſtin⁹
ſummū bonum ciuitatis dei eter
nam pacē eſſe inquit hijs v̄bis
Quamobrem cum ſummū bonū
ciuitatis dei ſit eterna pax ⁊at
perfecta non per quam mortales
trāſeant naſcendo atq₃ moriēdo
ſed in qua mortales maneant
nichil aduerſi omnino paciēdo
quis eſt qui illā vitā vel beatiſſi
mā eſſe neget vel in eius ↄpara
cione iſtā q̄ hic agit̃ q̄tis licet
animi ⁊ corporis et reꝝ externaꝝ
bonis plena ſit nō miſerrimā iu
dicet ſ₃ ſiue eternā vitā ſiū eter
nam pacē ſummū bonū iudicet ·
recte ille quidē · in deo eñ ē vita
eterna ⁊ pax ineſt eterna · in eo
ſūma quies ſūma trāquillitas ⁊
ſtatus omniū reꝝ cumulacōe per
fectus · Quid plures theologos
referam · Omnes eñ in id con
ſenciunt deum eſſe ſummū bonū
in eo beatoꝝ cogitaciones finiri ·
nichil extra deum appeti · nichil
deſiderari qđ eſt ſummi boni pro
priū · Quapropter ſi nec in ſola
voluptate · nec in doloris priua
cione · nec in indolencia · nec in
virtute cū voluptate ↄiūcta · nec
in ſola honeſtate · nec in ſciēcia

vt michi multis verbis expli-
caſſe videor. ſed in deo ⁊ in ipſiꝰ
dei fruicione et contemplacione
ac vite eternitate vt theologis
placet. illud iudicio meo recte
concluditur. nos in hoc orbe ter
rarum incolumes vitam beatam
adipiſci non poſſe. Jlla eñ vita
beata recte appellabitur que nul
lis eſt fortune telis opoſita.
nullis ꝓcellis obnoxia. ad quā
nec metus. nec dolor. nec inuidia
nec maliuolencia. nec obtrecta
cio. nec iniuria. nec vis. nec egri
tudo. nec perturbacio vlla que
animū ab perhenni tranquillita
te dimoueat penetrare poteſt. nā
dū in malis ſumꝰ. dū angimur
dum cruciamur. non niſi prius
finitis malis beati eſſe poſſumꝰ.
licet eñ racione duce humano-
rum caſuum contemptrice forti
ter aduerſa toleremus: tamen ſi
eri non poſſe arbitror hominē
quicumqꝫ ſit hijs que ſibi pret
naturam ⁊ voluntatem accidant
niſi omnino ſit ferreus non mo
ueri. Quid eñ putas diogenem
illum vel cloantem quorū vita
fuiſſe fertur emendatiſſima nū
q̄ emulacione. nunq̄ rei vllius
inopia laboraſſe: nunq̄ quippiā
deſideraſſe: nunq̄ re vlla pertur
batos fuiſſe: equidē michi intel
ligere videor nos ita natura ꝑa
ratos eſſe eaqꝫ condicione ꝯpoſi
tos vt non triſtari. non timere
non cupere. non dolere nequea-
mus. q̄ ſunt animi perturbacōes
ex corporis cogitacione procedē
tes. ſic eñ haſce animi paſſio-
nes cicero appellat. qm̄ animū
menteqꝫ perturbāt. hoc ipſum
clare teſtatur poetarū latinorū
decus hijs verſibus. Jngens ē
ollis vigor ⁊ celeſtis origo Se
minibus. q̄tum nō noxia corpa
tardant. Terreni qꝫ hebetant
artus moribundaqꝫ mēbra. Hic
metuūt capiuntqꝫ dolentqꝫ gau
dētqꝫ nec auras Suſpiciūt. clau
ſe tenebris et carcere ceco. Quis
eñ hos ſenſus animis abſtulerit
q̄ diu hoc terreno carcere ĩcluſi
ſunt: Cuiꝰ quidē tanta vis ē vt
ipſū animū diuinarū rerū: ⁊ vt
quidā volunt humanarūqꝫ peri
tum vires ſuas exercere non ſi-
nat. nam ſi quid in corpus inep
tum ⁊ male temꝑatum inciderit.
vel ſtoliditatis aliquando vel de
mencie ſigna edit. Quid q̄ hec
qua modo viuimus vita non re
ipſa vita eſt ſed mors. in quo ⁊
veteres aliqui maxime ſtoici pa
ripatetici ⁊ achademici cum the
ologis noſtris ſenciunt. defici-
mus enim ſenſum et ſine ſenſu
continue morimur donec hoc
graui corporis onere depoſito ad

ad eam vitam peruenitur · que
vera vita eſt · que immortalis ·
que omni ſollicitudine ac deſi-
derio vacua · que nichil niſi in-
corruptibile purum et ſimplex
poteſt tranſcendere · vbi ſumma
animi requies · vbi expletus vel
pocius contentus animus cum
agit cum ſuperis ſempiternum
vt non modo non mirer virgili
anū illō ſed eciā valde probem ·
O pater an ne aliquas ad celū
hic ire putandū eſt Sublimes
animas · iterūq; ad tarda reuti
Corpora · que lucis miſeris tam
dira cupido eſt · Quo nam enim
modo beata eſſe vita poteſt que
ipſi morti ſubiecta nos aliqñ
deſertura ſit · Nam ſi vita beata
vt ait cicero amitti poteſt beata
eſſe non poteſt · nec em̄ appellat᷑
beata vita niſi abſoluta atq; per
fecta · nec poteſt quiſq̄ alias bea
tus eſſe alias miſer · Qui enim
exiſtimabit ſe aliquando mi-
ſerū eſſe non poterit dici beatus
quoniā eo timore torquebitur ·
Nam cū ſemel eſt ſuſcepta beata
vita tam permanet q̄ illa ipſa
beate vite effectrix ſapiencia · hᵉ
em̄ vita preſens et corporalis vt
inquit lactancius beata eſſe nō
poteſt quia malis ſubiecta per
corpus · Epicurus deum beatum
vocat quia ſit ſempiternus et in

corruptꝰ · Beatitudo vero pfecta
eſt vt nichil ſit qd̄ eam vexare
minuere aut imutare poſſit · nec
aliter quicquā beatum quidem
exiſtimari poteſt niſi fuerit incor
ruptum · Incorruptū autē nichil
eſt niſi qd̄ immortale eſt · Sola
ergo immortalitas beata eſt qm̄
corrumpi ac diſſolui non poteſt
Nullus beatus inqt auguſtinꝰ
niſi qui viuit vt vult · et nullus
beatus niſi iuſtus · Sed vt ipſe
iuſtus nō viuit vt vult niſi eo
peruenerit vbi mori falli offendi
non poſſit eiq; certum ſit ſe ita
ſemper futurum · hoc em̄ natura
expetit que nec plene nec pfecte
beata erit niſi ſit adepta q̄ expe
tit · Nunc vero quis hominum
poteſt vt vult viuere qñ ipſum
viuere nō eſt in noſtra poteſtate
viuere em̄ vult et mori cogitur · et
ſi ideo mori velit nō quo noluit
viuere ſed vt melius viuat poſt
mortem · Nondū ergo vt vult
viuit · ſed cum ad qd̄ vult mori
endo peruenerit · Idem alibi · ab
ſit autem vt q̄diu in hoc bello
inteſtino ſumus nos eam beati
tudinē ad quā vincendo volumꝰ
peruenire adeptos nos eſſe cre-
damꝰ · hoc auguſtinus Poſſu
mus quidē ad illam beatā vitā
iter moliri ac ſtruere · Quibus
autē gradibus ad eam puadat᷑

ethi iam dictū eſt: dicendū tñ ē
iterū. Religione. ſapiencia. ſpe.
fide. caritate atq; ꝟtute. hoc vno
tñ beati eē in hac vita poſſum⁹
teſte lactancio. Si nobis eē be
ati minime videamur ſi fugiētes
illecebras voluptatū ſoliq; virtu
ti ſeruiētes in omnib; miſerijs
laboribuſq; viuamus. que ſunt
exercicia et corroboramēta virtu
tis. ſi deniq; illā aſperā viā diffi
cilēq; teneamus: que nobis ad
beatitudinē patefacta eſt poteri-
mus ipſo opulante aliqñ perue
nire. habetis guarine tuq; o la-
mola quid de ſummo bono et de
beata vita cenſeā. de qua a the
ologis noſtris alia multa dici
poſſe non negauerim. q̄obrem
finē ſermoni meo faciam.

Guarinus

Equidē anthoni tecum ſencio. et
valde me iuuit iſta tua de phi
loſophoꝝ ac theologoꝝ ſenten
cijs enarracio. credo idē lamolā.
Sȝ ſi in hac vita felicitatem nō
eſſe recte concluſum eſt vbi nā
illam eſſe diximus? quē locū
illi dabimus? qd nam ei domici
liū ſtatuemus?

Anthonius

Atq; iſtd erit tuū munus tueq;
ptes guarine. ſic eñ pacti ſum⁹
docere vbi ea ſit et q̄lis ſit: q̄ tibi
ſcio erūt explicatu facilia: qm̄ re
ligionis noſtre doctorib; te max
ime delectari non ignoro.

Guarinus

Etſi equū erat anthoni te hanc
partem proſequi atq; abſoluere
qui opiniones de ſummo bono
tam noſtroꝝ q̄ veterū attigiſti
tamen vt tue voluntati mos ge
ratur hoc muneris ſuſcipiā non
inuitus atq; vt potero exequar.

Anthonius

Perbenigne ac more tuo facis
guarine qui ſemper te michi et
omnibus amicis tractabilem p̄
bere conſueuiſti. Quamobrem
perge obſecro. qd idē te rogat
lamola non minus.

Lamola

Ego vero nō ſolū rogo ſed eciā
oro atq; obſecro. hec enim illa
pars eſt quā ego potiſſimū au
diē expecto: vt intelligā quo loco
hoc laborioſo itinē ꝯfecto michi
perueniendū ſit et cuiuſmodi vi
ta mea poſt mortē futura ſit. de
quibus licet audierim ſepe et le
gerim tñ illa ex te cognita me ve
hementer delectabūt atq; eciā
non nichil confirmabunt.

Guarinus

Aggrediar rem quamq̄ perdif
ficilem et theologo q̄ oratori
magis conguentem. preſertim
quia video vtriq; veſtrum illd
gratum foē ex hijs anthoni que

que a te grauiter ⁊ copioſe dicta
ſunt ſatis conſtare arbitroꝛ nō
eſſe in hoc orbe terrarū ſupremū
bonum· conſequi igitur ex eo vi
detur nos dum in hac vita ſu-
mus beatos eſſe non poſſe Jdqȝ
lactācius hijs verbis affirmat
Non cadit inquit beatitudo in
hoīez illo modo quo philoſophi
putauerunt· ſed ita cadit vt nō
tunc beatus ſit cum viuit in coꝛ
pore· qđ vtiqȝ vt diſſoluat̄ coꝛ
rumpi neceſſe eſt· ſed tunc cum
anima ſocietate et compagine
corpoꝛis liberata in ſolo ſpū viuet
in eo vero omniū theologorum
noſtrorū vt tu clare oſtendiſti
ſumma conſenſio eſt· deum eſſe
ſummū bonum ⁊ ipſius dei frui
cione atqȝ intelligencia· Apud
deum eīn ſtatus eſt omni deſide
rio vacuus· omniqȝ ex parte ꝑ
fectus· que eſt felicitatis diffini
cio· qđ quoniā adeo verum eſt
vt nichil verius ſit vitā beatam
eſſe vbi ſummū bonū ſit nemini
debet eſſe ambiguū· Si igitur
apud deum vita beata agitur·
dubitandum non eſt domiciliū
eius vite celum eſſe qđ eſt ꝓpa
dei ſedes· ꝙuis ipſe deus omnia
loca comprehendens nullo ↄpre
hendat̄ loco· ymo vero loca oīa
ſuaqȝ luce ⁊ poteſtate luſtret et
compleat· Nam vt pſalmiſta
inquit Celum celi domino· terrā
autē dedit filijs hominū· et idē
Quis ſicut dominꝰ deus noſter
qui in altis habitat et humilia
reſpicit in celo ⁊ in terra Cui vo
dubiū eſſe poteſt animū qui di
uinus ē ⁊ celeſtis in celū reuerti
locum nature ſue maxime ↄſen
taneū· cum ſciamus que corꝑis
ſunt in elementa ſua redire oīa
nam vt phiſicis placet que ter
rena ſunt in terrā· que humida
in aquā· que aerea in aerē· que
ignea in ignē diſſoluto corpore
reuertuntur· Nec illud paruo
argumēto eſt originis noſtre ce
leſtis noſtriqȝ in celum reditus
ꝙ a deo nobis data forma eſt
corporis ab alijs animantibus
longe differēs vt ante dictū eſt
ſublimis ſcilicet ⁊ ad celū erecta
vt originē ſuam contempletur ⁊
ſpectet atqȝ vt intelligat ſibi
eodem reuertendū eſſe vnde diſ
ceſſit· Jlla eīn ciuitas dei ē quā
mira pulchritudine atqȝ artifi
cio molitus eſt ſummus rerum
opifex· vbi plura inſunt bona ꝙ̄
omniū mortalium lingue effari
poſſint· ad quā quidem ciuitatē
quibus gradibus remeet̄ ſatis
a te anthoni dictū puto· habetis
paucis anthoni tuqȝ o lamola
vbi nam putem vitam beatam
eſſe· de qua plura alia dici poſſe

non negauerim. Sȝ quomiā id
a nemine religionis noſtre am-
bigi rere hac parte preterita ad
eam que reliqua eſt iam me cō
feram. ea vero eſt vt oſtendam
ſi modo poſſim cuiuſmodi vita
illa beata ſit. nec me latet id p-
ſtare ꝙ̄ ſit difficile. q2 nō modo
videri non poteſt ſed nec raciōe
nec intelligencia comprehendi.
magis enim ⁊ longe alcius hoc
eſt ꝙ̄ q̄ humani ingenij vis a-
ſpirare valeat. Sed tamen ꝙ̄ p-
tum ex theologorum noſtrorū
ſcriptis percipere legendo potui:
de tanta re dicam quid ſenciam
Beata vita vt michi quidem
videtur tota eſt poſita in dei fru
icione. Frui autem deo michil
aliud exiſtimo niſi deum con-
templari atqȝ cognoſcere. licet
vim eius et magnitudinem nul
lus vel beatorū ſpirituum plene
perfecteqȝ poſſit vt iam dictum
eſt racione complecti: quoniam
immenſus et infinitus eſt. Tūc
enim ſoluti hac corporis moleſ
tia puro ac ſimplici corpore aſ-
ſumpto deū licebit intueri atqȝ
agnoſcere. Nam vt ait apoſto
loꝝ princeps. nūc quaſi per ſpe
culum in enigmate deum vide
mus. tunc autem facie ad faciē.
Et alibi. Videbit omnis caro ſa
lutarē ſuū abſqȝ difficultatis mo
do. Videbimus et angelos om-
neſqȝ beatorū ſpirituum ordines
quaſi conciues et contubernales
noſtros. videbimus ⁊ omnia q̄
in celo ſunt ⁊ que ſub celo ſunt.
Quid erit enim qđ eius aſpec
tum fallat qui videt videntem
omnia: nichil profecto eorum
nos fugiet q̄ vbiqȝ fuerint. Et
que nunc nobis videnť obſcura
de trinitate et ceteris archanis
que a theologis tradita ſunt fi
ent nobis ipſa luce clariora. ani
mus enī hac terrena compagie
liberatus et abiecta carnis ſarci
na ad naturam p̄ſtinam ac ſuā
reuerſus oīm reꝝ ſcienciā recupe
rabit vt platoni: vel conſequeť
vt ariſtoteli et noſtris placet.
Nam cum ſit diuine nature p-
ticeps cui oīa cognita et pſpecta
ſunt: credibile eſt et humanos
animos oīa cognituros poſtꝙ̄
in eum locum redierint vnde di
greſſi ſunt. nec amplius ſatur-
no. ioui. marti. ſoli. veneri. mer
curio. lune quos nunc planetas
perhorreſcimus. quoꝝ re ortus ⁊
occaſus tanta cura et formidine
obſeruamus. ſubiecti erunt. nec
officere nob poterit illoꝝ curſus
recurſuſqȝ nec. āpli9 extimeſcēt
reges diros horribileſqȝ terris
cometas quos nūc tanto pe per
timeſcūt. erūt nota ⁊ explorata

omnes ſtelle quibus nichil p-
fecto quo ad ſplendorē illuſtri⁹
quo ad ornatum et varietatem
pulchrius fingi poteſt. Erit in ea
vita eterna pax. ⁊ ea quidē vera
nulliſq; inſidijs obnoxia. nullā
enim poteſtatem in eos qui in
celo fuerit retinebit ille hoſtis
omnis animaꝝ. quinimo vna
cum dampnatis apud inferos
perpetuo cruciabit. nec euadēdi
ſibi āplius vlla poteſtas dabit.
erit ibi ſumma animoꝝ trāquil
litas ⁊ requies. omni cura moleſ
tia ⁊ cupiditate ⁊ angore vacua
teſte yſaia dicente. Sedebit po
pulus in pulchritudine pacis ⁊
in tabernaculis fiducie et requie
opulenta. Erunt corpora noſtra
ipſa luce clariora. atq; ipſo aere
ſubtiliora vt quocumq; velint
non ſecus penetrare valeant q̄
corporei ſpiritus. fulgebūt inq̄t
matheus iuſti ſicut ſol in regno
patris mei. Quid aug⁹. vbi vo
let inquit ſpiritus ibi erit proti
nus ⁊ corpus. qđ ezechiel de ro
tis inq̄t. erit ibi ꝑpetua iuuētus
et ſemꝑ florens quā nullū ſeniū
nulla tꝑis magnitudo corrūpet
nulla diuturnitas extinguet. in
illa enī viriditate ⁊ pulchritudi
ne perpetuo cum deo manebim⁹
pſalmiſta teſtante. renouabitur
inq̄t beatoꝝ vt aquile iuuētus

Nec vero paruum ē munus q
nulli morborū generi amplius
ſubiecti erimus. corpora enī nrā
omni terrena concreatione pur
gata nichilq; ſenſionis recipere
omnino poterunt. Nec enī ele
menta ex quibus ↄſtant huma
na corpora poſt reſurrectionem
noſtram vim vllā in nos habi
tura ſūt oēm ſiquidem poteſtatē
ſuam prorſus amiſerunt. erūt
enī vt dixi adeo defecata ⁊ pura
ipſa corpora omni admixtione
et corruptibili labe depoſita vt
nullam omnino violenciā extrī
ſecus ſentire valeant Cuius rei
teſtis eſt yſaias ita inquiens.
Occupabit ſalus muros meos
hoc ē celos ⁊ beatoꝝ ſedes. Mu
rus namq; dei paradiſus ē vbi
cum eo quieturi ſumus. erūt ibi
dem omnia cumulatiſſime que
a nobis deſiderari poſſunt vt ni
chil exterius nobis querendū
ſit. Deus enī optimus maxim⁹
in quo oīa bona inſunt deſideria
noſtra complebit. nec vllū cupi
ditatibus nrīs ꝓrſus relinquet
locum Saciati enī ⁊ expleti ho
minū animi preſentibus ſibi a
deo conceſſis contenti erūt. hoc
eſt qđ ait pſalmiſta. Saciabor
cum apparuerit gloria tua. ſic
paulus deū loquentē faciens ait
Ego ero queūq; ab hominib⁹

honeſte deſiderantur·vita·ſalus
virtus ⁊ gloria·⁊ copia ⁊ honor
et pax· ⁊ omnia bona·ſic enim
et illud recte intelligitur qđ ait
apoſtolus·vt ſit deus omnia in
omnibus· ipſe enim finis erit
omniū deſiderioꝝ noſtrorū qui
ſine fine videbitur·ſine fine a/
mabitur·ſine defatigacione lau
dabitur·recte ille quidem ⁊ vere
iugiter et ſine intermiſſione dei
laudibus vacabitur·⁊ ſcilicet in
eo vno occupata ſtudia noſtra
vt pro ineffabilibus atq; im/
mortalibus meritis nobis a deo
impartitis illius maieſtati ↄti
nue gracias agamus·Sed que
laudes q̄ graciaꝝ actiōes tantis
in nos dei beneficijs ⁊ muneribꝫ
reſpondē poſſint·Erit eciā in ipō
paradiſo vera et ꝑfecta gloria q̄
nec emulacōe nec ſimulacōe offi
cij nec vllo genē corrupcele pa
rabit·neq; eñ ambigendū erit
q̊ maiorē gradū vel grām apud
deū adipiſcamur·iuſticia eñ di
uina q̄ iuſta ē ſūma atq; ꝑfecta
non ſinet beatoꝝ quēq̄ꝫ merito
honore ⁊ digno gradu carē·nec
erit vnus ex oībꝫ q̄ non eo ḡdu
atq; ordie ↄtentus ſit quē ſibi
diuina ſapiēcia ↄſtitueit·nec vo
reperiet qui alteri inuideat·q̄ꝫ/
uis alius in ſublimiori aut dig
niori loco collocatus ſit·Nā vt

nec archangelis angeli·ſic nec
ſanctoꝝ vllus inferior ſuꝑiori in
uiderit·Cuius quidē rei aug·no
bis ē teſtis locuples·ita inq̄ens
Atq; eciā beata illa ciuitas mag
nū bonum in ſe videbit ꝙ nulli
ſuperiori vllus inferior inuidebit
ſicut nūc non inuidēt archāge
lis angeli·tam q; nollet eē vnuſ
q̄ſq; qđ nō accepit· q̄ꝫ nec ī cor
pore eē vult oculus q̄ digitus eſt
cū mēbꝝ vtrūq; ↄtineat tocius
carnis pacata cōpago·ſic itaq;
habebit inquit donū alius alio
minus vt hoc q̊q; donū habeat
nec velit amplius·Sed ego illđ
ſolū certamen in beatoꝝ mētibꝫ
eſſe manſuꝝ crediderī·vt ſcꝫ deū
intelligāt eiuſq; immenſam po
teſtatē ⁊ ſapienciā ſpectēt atq;
perpendāt·Quid loquar ſūmā
caritatē·ↄſenſū·equanimitatē·
ↄſtanciā·omnia deniq; bona q̄
in celo ſūt·Erit ergo inquit au
guſtinus illius ciuitatis dei et
vna in omnibꝫ ⁊ in ſingulis inſe
parabilis voluntas ac libera·ab
omni malo liberata·⁊ ab omni
bono īpleta·Fruens indeficiēter
eternoꝝ iocūditate gaudioꝝ de
qua gloria hoc dicit aplus·Cū
xpūs apparuerit vita nrā tūc et
vos cū ipō apparebitis in gloria
Nec tacebo illi⁹ vite ꝑhēne gau
diū qđ nlla vnq̄ꝫ triſticia ↄfūdet

nulla egritudo debilitet·nulla ve
tuſtas corrumpet·ſemper enī et
aſſidue meditantes res diuinas
in quibus eſt ſumma leticia·ſū
maqȝ iocunditas beatoꝝ animi
leti erūt·nec iā poterit q̄tq̄ eis
accidere qđ gaudiū illud mentē
qȝ perturbet·Nichil enī poterit
fortuna que nūc falſo rebus hu
manis dominari putat̄·qm̄ nec
offendi nec decipi nec violari
poterunt exſuſcitata in meliorē
lucem corpora·nec vllū omnino
iniurie genus perpeti·nec vero
peccandi beatis poteſtas erit·nō
quo liberū tollatur arbitriū·ſed
diuina gracia ꝛ ſpiritu ſancto co
operante·qui nichil niſi ſanctū·
niſi rectum·niſi deo acceptum in
illoꝝ mentes ꝛ cogitaciones pa
cietur irrepere·qđ quidē ab au
guſtino hijs verbis expreſſum ē
Nec ideo inquit liberū arbitriū
non habebunt quia peccata eos
delectare non poterunt magis
quippe erit liberum arbitriū ad
delectacionem peccandi vſqȝ ad
delectacionē non peccandi inde
clinabilē libertatē·Nam primū
liberū arbitriū qđ homini datū
eſt quando primum creatus eſt
rectus potuit non peccare ſed po
tuit ꝛ peccare·hoc nouiſſimū co
potencius erit quo peccare non
poterit·verꝝ hoc quoqȝ dei munē

non ſue poſſibilitate nature·
Quid illud diuinū donum oīm
longe maximū ꝛ preſtantiſſimū
dicerem immortalitatem ſcilicet
qua beati donabunt̄·quid hoc
vno expetibilius optare a deo
poſſumus quo ve ipſi deo ſimili
ores ꝛ propiores fiam⁹·Eſt enī
deo propria īmortalitas q̄tum
et angeloꝝ et beatoꝝ ſpirituum
ordinibꝰ magnitudine pietatis
ſue nobis impartiri dignatus
eſt vt cum illo imperpetuū viui
uamus eius maieſtatē tota mē
te totoqȝ animo contemplantes
venerātesqȝ Siquidē quicquid
mortale eſt e corporibus noſtris
ſubtrahens·illa amplius morti
mancipata eſſe non ſinet·qua
ſecuritate que poteſt eſſe maior·
Nam ſi mors omniū rerū que
aut corpi aut animo poſſint ac
cidere formidoloſiſſima et acer
biſſima eſt vt fert communis opi
nio nichil profecto preſtancius
a deo mortalibus donari potuit
q̄ immortalitas·q ſi beati pu
tantur in hac vita qui ad centū
annos vixerunt q̄to beaciores
iudicandi ſūt qui ſemper viuēt
Preſertī cū hec vita qua modo
viuimus in terris non modo
theologoꝝ noſtroꝝ verum eciā
philoſophoꝝ veterum ſentencīa
mors ſit·Illa autē celeſtis vita

vita quam nulla ſit vetuſtas vt
dixi nulla temporis longinqtas
ↄſūptura. O felicē o fauſtū diē
cū in eā ſedē tanto conatu predi
tam tanta ſiderū varietate diſ
tinctam peruenerimus: vbi euo
fruemur ſempiterno. hec eſt ea
vita cuius adipiſcēde gracia ſte
phanus prothomartir lapidi-
bus ſe cedi ſuſtinuit. hec eſt ea
propter quam iohannes bap-
tiſta capitale ſuppliciū pati non
dubitauit. Eſt hec ea cuius cau
ſa petrus ⁊ paulus apoſtoloꝝ prī
cipes alter ceruicem ſecari per-
mittere: alter in crucē tolli non
recuſarunt. hec eſt ea ob quam
bartholomeus ſe viuentē cute
nudari paſſus ē. hec ē ea ꝓpter
quā ſebaſtianꝰ ſagittis ad necē
ↄfigi non renuit. hec ē ea ꝓpter
quā laurencius flāmis ſubici ⁊
ī modū agni torreri nō timuit.
hec deniqꝫ ē ea vita ꝓpt quā mil
ti ⁊ ꝓpe inumerabiles clariſſimi
et eruditiſſimi viri huic ſeculo
abrenūciauerīt ſibiqꝫ ipſis oībꝫ
humaīs rebꝫ interdixerīt. hᶜ ſūt
anthoni ⁊ lamola q̄ de vita btā
ſentiē mihi videor videlicet vbi
ſit ⁊ cuiuſmōi ſit q̄ntū ex doctoꝝ
nrōꝝ lectiōe percepi. ad quā vti
nā perueniamꝰ aliqn̄ vt cū eo bea
toꝝ cetu ꝑpetuo ↄgaudere valea
mꝰ. Quare niſi quid aliud vul
tis huic queſtioni modū ſtatuā

Anthonius

Tu certe tum argumentis tum
auctoritatibꝫ grauiſſimoꝝ theo
logoꝝ adeo mihi in hac q̄ſtione
ſatiſfeciſti: puto idē lamole: vt
theologū aliū preter te deſidere
mꝰ neminē. Atqꝫ de ea re de me
loquor nulla mihi dubitacio vel
obſcuritas relicta ſit vt te nō mi
nus preſtantē theologū q̄ ora-
torē putē. plane cū mente ⁊ cogi
tacione ↄplector queūqꝫ in hāc
ſentenciam modo dixiſti neſcio
quid nam addi poſſit quo no-
cior eſſe queat humano generi
vite felicitas. Preterea iam ad
ueſperaſcit noxqꝫ hortatur diei
tempus vt animū a labore rele
uemus niſi quid aliud lamola
noſter velit.

Lamola

Non eſt profecto qd amplius
de re iſta diſputari deſiderē. ita ē
michi oīs penitus ſublata dubi
tacio ſi qua aīo prius inſederat.
Et ſane mi preceptor nihil ē qd
pridē in te miratus ſū magis q̄
que nunc ex te audiui de theo-
logia dicente. Ego plane igna
rus eram tam bonū theologū te
eſſe. quē ſciebam ſemper rethori
cam artē profeſſū: ex qua quidē
magnā gloriā adeptus es etatē
in ea omnem contriuiſſe.

Guarinus
Factis amici vterq; ⁊ pro vr̄a
conſuetudine quā ſemper et in
omni ſermone ⁊ in hac queſtio
ne ppetua tantū mihi tribuiſtis
quātum michi iure tribui poſſe
nec agnoſco nec poſtulo. Q̄d me
theologum preſtantem aſſeris
nolim michi tantū oneris impo
nas. Scio em̄ q̄ꝑ procul abſim
ab ea facultate. ſed ſi me theolo
goꝝ ſtudioſū appellaueris nō mē
cieris ⁊ id a te dici facile pacior
Q̄d vero vtriq; veſtꝝ ſatiſfactū
a me fuerit vehementer gaudeo
Id enim eſt michi omniū opta
tiſſimū que michi poſſint ī vita
contigere ſi ingenio ⁊ induſtria
mea que vobis grata ⁊ iocunda
ſint que ve comprobetis ipſi pre
ſtare poſſim. Tum facto dicēdi
fine reliquum diei tempus de-
ambulacioni datum eſt :.

Explicit tractatus de vite fe
licitate per barthomeū facium
ordinatus :.

hVnc librum compoſuit
ſeneca nobiliſſimus ora
tor ad gallionē amicū
ſuū ↄtra oēs impetus et machi
namenta fortune. fecit aūt illū
ſub dialogo vt ſit ſenſus con
querens ⁊ racio confortās. liber
autem iſte ⁊ ſenſuum maieſtate
et eloquij claritate ⁊ ſentenciaꝝ
breuitate refulget.

Lucij annei ſenece de rēmedijs
fortuitoꝝ liber feliciter incipit.

lIcet cunctoꝝ poetaꝝ
carmina gremiū tuū
ſemper illuſtrent ali//
quando deliberās hoc
tibi opuſculum pro accidentibꝫ
caſibus dirigere curaui q̄d non
precedētes ſed poſteri narrabūt
Unde ergo primū incipiendum
tibi videtur a morte ab vltimo
inquis ymo a maximo ad hoc
precipue gens humana ↄtremit
nec īmerito videtur ſibi hoc fa
cere. ceteri enim timores habent
aliquē poſt ſe locum. mors aūt
omnia abſcindit. alia nos tor
quēt mors omnia deuorat. Om
niū que horremus exitus ad hāc
ſpectat aliorum per circuitum.
Eciam qui aliud ſe non timere
iudicant hoc timēt. Quicquid
aliud extimeſcimus. habet aut
remediū aut ſolaciū. Sic ergo
te forma vt ſi quis tibi palam
mortē minetᷣ omnes tercīculas
eius eludas. vale.
De morte ſenſus ↄquerit

Morieris.
Racio confortat.
Jſta hoīs natura ⁊ nō
pena eſt. Senſus. Morieris
Racio. Hac ꝯdicione intraui
vt exirē. Senſus. Morieris.
Racio. Genciū lex eſt q̄d acce
pis reddē. Sēſus. Morieris.
Racio. Peregrinacio ē vita. cū
mltū ābulaueris demū redeūdū ē
Senſus. Morieris.
Racio. Putabam te aliquid
noui dicē. ad hᵒ veni. hoc ago.
huc me ſinguli dies ducunt. naſ
centi michi protinus natura po
ſuit hunc terminū. quid habeo
q̄d indigner. hec verba intraui.
Senſus. Morieris.
Racio. Stultum eſt timere
quod vitare non poſſis. Jſtud
non effugit eciam qui diſtulit.
Senſus. Morieris.
Racio. Nec primus nec vlti
mus. omnes me anteceſſerunt.
omnes ſequentur.
Senſus. Morieris.
Racio. Nichil graue eſt q̄d
ſemel alienum es meum noui.
hoc equidem cum eo creditore
ꝯtrahi cui detorquere non poſſim
Senſus. Morieris.
Racio. Dij melius ꝙ nemo
michi iſtud minari imortalis pōt
Senſus. Morieris.
Racio. Hic ē humani officij ſi
nis. q̄d ſanus exactorē moleſte
tulit. q̄ tranſit orbis ego trāſibo.
Quid ego neſcio me eē aīal raci
onale ⁊ mortale. cū racionali ē ⁊
mortale. Senſus. Morieris.
Racio. Ad hāc ꝯdicōez cūcta
gignunt̄ ⁊ q̄d cepit deſinit.
Addicio
Senſus. Mori timeo.
Racio. Et naſci timuiſſes ⁊ vi
uere vite. limē inicū mortis ē.
vita ipſa curſus ad mortē ſeu ve
rius mors quedā. Quicq̄d ē na
tū morit̄. q̄cq̄d morit̄ natū erat
Senſus. Mortem metuo.
Racio. Nichil eſt metuendū
q̄d affert neceſſitas nature.
Sēſus. Anim⁹ mortē timet.
Racio. Si ſibi ſuꝑuacu⁹ tīor.
imortalis ē eīn ipſe. ſi corpi ſuo
hoſti cuiā gerere pietas debita.
Senſus. Mortē horreo.
Racio. Si q̄d in morte mali
ē idipſū metus mortis exaſpat
At ſi nihil malū ipſe metus ē ma
lū. ſtulticia ē malū ſuū vel augē
vel facere. Sēſus. Morieris.
Racio. Jmo carnis tributū na
ture debitū ꝑſolues mox futurus
liber. Fac libens q̄d vel nolens
faceres. Cupias quodcūq3 nēce
eſt. nō ē vtilius ymo quidē nō ē
aliud in nēcitate ꝯſiliū. Quicq̄d
ſit a volente ſit leuius ⁊ deſinit
eē neceſſitas ſi volūtas acceſſeit

Senſus · In freto morieris ·
Racio · Non vbi ſed qualiter
moriaris ad rem pertinet ·
Senſus Quo deuenerūt opes ·
Racio · Vnde venerūt reuertent̄
Hoc ē ad fortune manus inde
rurſus ad alios abiture apud
neminē diu manſure vage ſunt
enim ſtare nequeunt ·

De decollacione · Senſus

SEd decollaberis ·
Racio · Quid intereſt an
ceſim moriar an punctī
Senſus · Sed ſepe ferieris ꝛ
multi in te gladij conuenient ·
Racio · Quid refert ꝙ multa
ſint vulnera non poteſt ampli⁹
quā vnum eſſe mortiferum ·

De morte in peregrinacione ·
Senſus ·

PEregre morieris ·
Racio · Vndecumqȝ ad
inferos via vna eſt ·
Senſus · Peregre morieris
Racio · Hoc eſt in patriam ſi
ne viatico peruenire ·
Senſus · Peregre morieris
Racio · Ego q̄d debeo ſoluere
paratus ſū · videat fenerator vbi
me appellet ·
Senſus · Peregre morieris ·
Racio Nulla t̄ra aliena morituro ē
Senſus · Morieris ·
Racio Non eſt grauior foris ꝙ
domi ſompnus ·

De morte i iuuētute Senſ⁹

SEd iuuenis morieris ·
Racio · Optimum eſt
anteꝙ optes mori ·
Senſus · Iuuenis morieris ·
Racio hoc equidem vnum eſt
q̄d eque ad iuuenem ꝙ ad ſenē
pertinet · Non citamur ex cenſu
nec exigitur numerus annorū ·
et adoleſcētes ꝛ impuberes eadē
fati neceſſitas vrget · optimum
eſt mori cum iuuat viuere · que
enim virtus eſt cū eiciaris exire
Senſus · Iuuenis morieris
Racio · Quicūqȝ ad extremū
fati ſui venit ſenex moritur · non
enī refert que ſit hominis etas
ſed que ſit meta ·
Senſus Iuuenis morieris
Racio · Fortaſſe alicui malo me
ſubducit fortuna ꝛ ſi nulli alij
certe vel ſenectuti ·
Senſus · Iuuenis morieris ·
Racio Non refert q̄t annos ha
beā ſ3 q̄t acceperī · ſi plus viuere
non poſſum hec eſt ſenect⁹ mea

De morte ſine ſepultura ·
Senſus ·

INſepultus iacebis ·
Racio · Quid aliud huic
reſpondeam ꝙ virgilianū illud
Facilis iactura ſepulchri · facilis
inꝙ ſic vt nulla facilior · Si mi
chil ſencio non pertinet ad me
iactura corpis iſepulti · ſi ſencio

omnis ſepultura tormentũ eſt.
Sẽſus. Inſepultus ima iaceb
Racio. Quid intereſt ignis
me an fera cõſumat an tempus?
vltĩa oĩm ſepultura. Iſtõ nõ ſen
ciẽti ſupuacuũ ẽ. ſenciẽti onus.
Senſus. Inſepultus iaceb.
Racio. Aut tu cõbuſtus. aut
tu obrutus. aut tu incluſus. aut
tu putridus. aut tu euiſceratus
et conſtrictus. aut traditus la-
pidi qui te paulatim edat ⁊ ex
ſiccet. Nulla ſepultura eſt. non
ſepeliemur ſed proiciemur.
Senſus. Non ſepelieris.
Racio. Quid in re tutiſſima
trepidas? vltra penaꝝ oĩm termi
nũ iſte locus ẽ. vite mlta debemꝰ.
morti nihil. Multũ fortune licet
in naſcentem. in extinctũ nichil
Non defunctoꝝ cauſa ſed viuoꝝ
inuenta eſt ſepultura vt corpora
et viſu feda ⁊ odore amouerent̃
Alios terra obruit. alios flãma
conſumpſit. alios lapis ad oſſa
redacturus incluſit. Sic nõ de-
functis ſꝫ noſtris oculis pͥmꝰ.

Addicio

Sẽſus. Inſepultus abiciar.
Racio. Alitibus inuides. an
feris. an piſcibꝰ? nã ſi metuis tibi
baculũ ſeu cuſtodẽ iuxta te poni
iube. quo a cadauere depellant̃.
Senſus. Iudis i malis meis
nam profecto nil ſenciam.

Racio. Quid ergo times qđ
nõ ſencies? nam ſi ſencias pro-
bes. ſentientem eñ ſepelire neca
re eſt. Te niſi terra contexerit ce
lum teget. Notũ eſt illud. Celo
tegitur qui non habet vrnam.
Senſus. Defuncto mihi ter
ra negabitur: preduꝛum.
Racio. Non id durum ſed tu
mollis q̃ nͤ ſencies nͤ ledi q̃as.
Senſus. Inhumatus lin-
quar horridum auditu. Inſepul
tus abiciar.
Racio. Age res tuas curam
hanc linque viuentibus.

De egritudine. Sẽſus

EGroto.
Racio. Venit tem-
pus per quod experimẽ
tum mei caperem. Non in mari
tantum aut in prelio vir for-
tis apparet. exhibetur eciam in
lecto virtus.
Senſus. Egroto.
Racio. Non poteſt illud toto
ſeculo fieri. aut ego febrem re-
linquam aut ipſa me. ſemper v-
na eſſe non poſſumus.
Senſus. Egroto.
Racio. Cum morbo michi res
eſt: aut vincetur aut vincet.

De maliloquio. Senſus.

Male de te loquunt̃ hoĩes
Racio. Sed mali mo
uerer ſi de me marius

si catho·si lelius sapiēs·si alter catho·si scipiones duo ista lo-querentur·nūc malis displicere laudari est· non potest vllā auctoritatem habere sentenciā vbi quī dampnandus est male de te loquitur·

Sensus·Male de te loquunt̄·

Racio·Moueret si iudicio hoc facerēt·nūc cum morbo faciunt non de me loquuntur sed de se·

Sensus·Male de te loquunt̄·

Racio·Bene eñ nesciūt loqui·faciūt non qđ mereor ꝫ ꝙ solēt Quibusdā eñ canibꝰ sic innatū est vt non pro veritate sed pro consuetudine latrant·

De exilio· Sensus·

Exulabis·

Racio·Errās cū oīa feceris patriā meā transire non possum·omniū vna ē extra hanc nemo proici potest·

Sensus·Exulabis·

Racio·Non patria michi mea interdicit̄ sed locus·in ꝙcumqꝫ terrā venio in meam venio·nulla terra exiliū est ꝫ altera patria ē

Sensus·Nō eris in patria

Racio· Patria est vbicumqꝫ bene es·illud autem per qđ bene est in homine non in loco est·in ipsius inꝗ̄ potestate ē quid sit illud fortunij·si eñ sapiens est peregrinatur·si stultus exulat̄

Sensus·Exulabis

Racio· Hoc dicis alterius loci ciuitate donaberis·

De exilio· Addicio·

Sensus·In exilium ire cogor ⁊ iubeor·

Racio·Si sponte peregrinacio erit non exilium ⁊ memēto quibusdā exitum quibusdā vero reditū pro exilio foē·Sūt quibꝰ nusꝗ̄ peius ꝗ̄ in patria sua sit

Sensus·In exilium eo·

Racio· ymo forsan in requiē sub obtentu false miserie vera felicitas·iā saltē ab inuidia tutꝰ eris

Sensus·Mittor in exilium

Racio· ymo in experimentum tu videris quem te in exilio prebeas·si succumbas exul verus·si consistis exilio clarus vt multi olim qui inuicti ⁊ fulgidi per asperitates incesserūt vt sequētibus iter rectum ostenderent

De dolore·Sensus·

Dolor imminet·

Racio·Si exiguus est feramꝰ leuis est paciēcia si grauis feramus non leuis est gloria·

Sensus·Clamorē dolor exꝓmit

Racio·Sed secreta non exꝓmat non potest homo dolori par esse nec racioni dolor·

Sensus·Dura est res dolor·

Racio·ymo tu mollis·

Senſus. Pauci dolorem ferre potuerunt.
Racio. Simus ex paucis.
Senſus. Imbecilli natura ſumus.
Racio. Naturam infamare nolite. illa nos fortes genuit.
Senſus. Fugiamus dolorem.
Racio. Quid ꝙ ille iam ſequitur fugientem. contempnite dolorem aut ſoluetur aut ſoluet.

De paupertate. Senſus.

PAuptas mihi grauis ē.
Racio. Imo tu paupertati. non in paupertate vicium eſt ſed in paupere. Illa expedita eſt hilaris ꝛ tuta. neſcis te opinione non re laborare. pauper es quia videris.
Senſus. Pauper ſum.
Racio. Nichil deeſt auibus pecora indiem viuunt. feris in alimentum ſolitudo ſua ſufficit. Accepit ille grandem pecuniam ergo et ſuperbiam.

De pauptate ꝛ dāpno. Addicio

Senſus. Paupertas meum limen obſidet.
Racio. Non obſidet ſed cuſtodit. vltro illi vt occurras conſulo venienti. minime ſumptuoſa ꝛ ſecura ac facilis hoſpes erit
Senſus. Domum meam paupertas irrupit.
Racio. Abuſus fures ꝛ petiores furibꝫ voluptates puigil excubitur abuſus vulgi moreſꝫ ꝛ inſulſa iudicia atqꝫ auaricie ſeu ꝓdigalitatis īfamiā q̄ raro alibi ꝙ locupletū ſedet in limīe ab hijs malis nullo melius cuſtodiri ingenio domus potuit ꝙ illam cuſtodiet paupertas.
Senſus. Opes cunctas tuas fortuna preripuit.
Racio. Nō tibi fecit iniuriā. ſuū tulit. ꝫ vetus ꝛ nota hec ingratitudo ē dati immemores memiſtis ablati. Itaqꝫ rare atqꝫ tepētes gr̄e crebre ac feruide ſunt querele.
Senſus. Victum veſtitumqꝫ neceſſariū amara ſors negauit.
Racio. Aliūde petendū. ṽtus liberalior ꝙ fortuna eſt. nihil negat niſi qđ ꝛ ꝑmiſſū noceat et negatū ꝓſit. nihil eripit niſi qđ habuiſſe dāpnoſū amiſiſſe vtile ſit. non differt. non īproperat. non retrahit manū. non rugat frontē. non attollit ſupercilium nullum deſpicit. nullū deſtituit nullū fallit. non ſeuit. non iraſcitur. non murmurat. nō mutaꝛ vna ſemper et vbiqꝫ eſt niſi ꝙ magis magiſqꝫ deguſtata dulcior indies et propius conſpecta ſit pulchrior. Vt his ergo vetus diues ab hac poſce. non te faſtidiet nec repellet ꝙuis exercerat difficiles habet aditus primos

Cetera prona iocunda facilia•
ſemel vbi ad illam perueneris
non ſencies paupertatẽ•
Senſus• Spoliauit me omni-
bus bonis meis foꝛtuna•
Racio• Fallit te opinio• malum
ꝯmune moꝛtaliũ nam profecto
non bonis et vt bona permiſerã
non tuis ſꝫ que tua foꝛſitan vul
gi moꝛe crediderias miroꝛq̄z ſi
nondũ intelligis aliena
Senſus• Foꝛtuna me nudum ꝛ
inopem liquit
Racio• Virtus te veſtiet ni reſpu
is ac ditabit niſi forte pluris
aurũ et purpurã ꝙ̃ decoꝛ gene
roſe mentis habitũ facis •qđ ſi
faceres tũc vere inopem nudũq̄z
te dicerem
Senſus• Domo•familia•neceſ
ſariis •atq̄z oꝛnamentis omni
bus ſpoliatus • ꝙ̄d agam ? quo
me vertam ?
Racio• Ad eas opes quibus ſpo
liari nequeas que vndiq̄z comi
tatũ diuitem et oꝛnatũ preſtent
Senſus• Pauper ſum in vita
Racio• Eris letioꝛ ĩ moꝛte• nemo
tam pauper vixit vt non moꝛi
ens vellet vixiſſe pauperioꝛ

De impotencia Senſus

NOn ſum potens•
Racio• Gaude• impotens
non eris
Senſus• Iniuriã accipe poteto
Racio• Gaude facere nõ poteris
Senſus• Magnã pecuniã habꝫ
Racio • Hominem illũ iudicas
archa eſt • quis etacio quis ple
nis inuidet loculis ? Et iſte quẽ
dominũ pecunie exiſtimas locu
lus eſt •
Senſus• Multum habet
Racio • Aut auarus aut ꝓdigꝰ
eſt• ſi prodigus non habebit• ſi
auarus nõ habet • Iſte quem tu
felicẽ admirantibus credis ſepe
dolet ſepe ſuſpirat•
Senſus• Multi illũ comitantᷣ•
Racio• Mel muſce ſequuntur• ca
dauera lupi •frumenta foꝛmice
predam ſequitur iſta turba nõ
hominem •

De amiſſione pecunie• Sẽſus

PEcuniam perdidi•
Racio • Neſcis fortaſſe
te illa perdidiſſet
Senſus• Pecuniam perdidi
Racio• Sed habuiſti
Senſus• Pecuniam perdidi•
Racio • O te felicem ſi cum illa
auariciã perdidiſti • ſꝫ ſi manet
illa apud te es tamen vtrimq̄z
felicioꝛ ꝙ tanto malo materia
ſubdita eſt•
Senſus • Pecuniam perdidi
Racio • Et illa quidẽ ꝙ̃ multos
eris nũc in via expeditioꝛ domi
tucioꝛ • non habebis• ſed non ti
mebis heredem • Exonerat te

fortuna ſi intelligis ⁊ tuciore po
ſuit loco. Quod dampnum pu
tas remedium eſt. Deniq; ſi a/
miſſas cum amiſſis rebꝫ con/
feras luctum voces. defles gemis
miſerum te clamitas ꝙ opibus
excuſſus es: tuo vicio iſta tibi
iactura tam triſtis eſt. Nō tam
moleſte ferres ſi tamꝙ̄ perdi/
turus habuiſſes.

Sēſus. Pecuniam perdidi.
Racio. Nempe quā vt tu ha
beres alius ante perdiderat.

De amiſſa pecunia. Addicio

Senſus. Pecuniam amiſi.
Racio. Et cum illa curas mul
tas periculumq; perpetuum.
Senſus. Perdidi pecuniam
Racio. Et laborem cuſtodie
et perdendi metum. Sic perden
do pecuniam duo bona vnum/
quodq; preſtancius amiſſa: ſe
curitatem et requiem inueniſti.
Senſus. Pecuniam perdidi
Racio. Bene ſi te illa non per
didit qꝫ multis iam poſſeſſori
bus fecit.
Sēſus. Pecuniam amiſi.
Racio. Si te adeo non tue q̄ꝫ
cruciāt iacture tibiq; vel alienū
demi doles: diſce illa conquirere
que tua ſunt propria atq; perpe
tua. quorum ⁊ acquiſicio facilior ⁊
poſſeſſio nobilior certiorq;. vir
tutem ſi queſieris non amittes

Senſus. Perdidi pecuniam
Racio. Experrectus es: te diui
tem ſompniabas.
Sēſus Pecuniā magnā amiſi
Racio. Magnū pondus ⁊ dux
⁊ graue: ſimul cuſtodis officiū.
Senſus. Amiſi pecuniam quā
amabam.
Racio. Turpi amore relaxa/
tus es. nam amor pecunie auari
cia eſt. minus hāc amabis. hāc
optabis minus. Nam et illud
ſaticiam experimento cognitum
ꝙ minus hanc optat qui non
habet. Optanda autem amiſſio
eſt. magni eciam boni cui inſepa
rabile malum maius adiunctū
ſit. Plures multo propter opes
ꝙ̄ propter inopiam periere.

De amiſſiōe oculorum. Sēſus.

Oculos perdidi.
Racio. Habet et nox
ſuas voluptates.
Senſus. Oculos perdidi.
Racio. Quarum multis cupidita
tibus via inciſa eſt. ꝙ̄ multis ho
minibus carebis q̄s ne videre vellēs
vel eruendi erant. Non intelli
gis partem innocencie eſſe ceci
tatem. huic oculi adulterium mō/
ſtrant. huic inceſtum. huic domū
quam concupiſcat. huic vrbem.
Irritamenta ſunt viciorum: du
ces ſcelerum: fomenta malicie.

De cecitate. Addicio.

Senſus Oculos perdidi
Racio. O quot ſimul vite faſti
dia perdidiſti. q̄t feda ſpectacu
loꝝ ludibria non videbis. mul
tis vicijs obſtructum iter
Senſus. Oculis careo
Racio. Culpis careres plurimis
ſi hijs perpetuo caruiſſes
Senſus. Auditum perdidi
Racio. Adulanciū iam ſuſurros
atq; obtrectanciū iurgia euaſiſti
Senſus. Mutus factus ſum
Racio. Perdidiſti menciendi
conſuetudinem. ſi muti fuiſſent
cicero ⁊ demoſtenes ⁊ diucius
vixiſſent ⁊ leuius obijſſent.

De amiſſione liberoꝝ. Sēſus
Amiſi liberos
Racio. Stultus es qui
fles mortem mortaliū.
Quid hic aut nouū aut mirum
eſt. ꝙ rara ē ſine iſto caſu domus
Quid ſi infelicē voces arborem
ꝙ ſtante ipſa cadunt poma. et
hic tuus fructus ē. Nemo extra
ictū vulneris poſitus ē. ducunt
ex plebeia domo imatura funera
ducuntur ⁊ ex regia. non eſt idē
fati ordo qui ⁊ etatis. non quo
modo quiſq; venit emittitur.
Quid tamen hic eſt ꝙ indigne
tis? quid contra expectacionem
tuam euenit. periere perituri
Senſus Sed ego illos ſuperſti
tes optaueram.
Racio. Sed hoc nemo tibi pro
miſerat.
Senſus. Perierunt liberi mei.
Racio. Habebant illi cuius ma
gis eſſent ꝙ tui. Apud te preca
rio morabātur. educandos tibi
illos fortuna mandauerat. Rece
pit illos non abſtulit

De amiſſione filij Addicio
Senſus. Amiſi filium
Racio. Melius dic premiſi ſecu
turus. cito quidem. fortaſſis ho
die. et quid ſcimus an hac ipſa
hora. nulla vite fides eſt.
Senſus. Amiſi filium
Racio. Amiſiſti ſimul et metus
multos infinitamq; materiam
curaꝝ ⁊ ſollicitudinū quibus vt
careres vel tibi vel filio moriēdū
fuit. ſecuꝝ patrē mors ſola facit
Senſus. Filium amiſi.
Racio. Si piū nil eſt iam ꝙ illi
metuas in tuto eſt. at ſi impiū
tuoꝝ numeratorem annorum tue
ſtimulum ſenectutis extuliſti.
Perdidiſti forſitan qui te per
ditum optabat.
Senſus. Filium perdidi.
Racio. Si virtute preditū gaude
ꝙ habueris. at ſi vicio perditū
gaude ſaltem ꝙ amiſeris. Vtro
biq; nature beneficiū agnoſce ꝙ
talem dedit ſeu abſtulit.
Sēſus. Acerba morte filij deiec
tus ſum.

Racio· An non anaxagoram audieras? an oblitus eras te genuiſſe mortalem? Non affligitur ſapiens liberorum amiſſiōe non amicorum· eodem animo fert illorū mortem quo ſuā expectat

Senſus· Extinctum fleo filium vnicum·

Racio· Si fleturus eras morientem et naſcentem fleuiſſes· nunc mori deſijt : tunc ceperat· Illi vixeras : viue iam tibi·

Senſus· Infantis filij caſum miſerabilem fleo·

Racio· Humanum nichil flendum· premeditata eſſe debent· ſi non ſunt: nō caſum filij ſed inſciciā tuā defle et condicōis obliuiōem

De naufragio· Senſus·

Naufragium feci·

Racio· Cogita non quod perdideris ſed quod euaſeris

Senſus· Nudus exij·

Racio· Sed exiſti·

Senſus· Omnia perdidi·

Racio· Sed cum omnibus perire potuiſti·

De latronibus· Senſus·

In latrones incidi·

Racio· Alius in accuſatores· alius in fures· alius in fraudatores· plena inſidijs via eſt· Noli queri quod incideris· ſed gaude quod effugeris·

De inimicis· Senſus·

Inimicos graues habeo

Racio· Quomodo aduerſus feras munimenta conquires : quomodo aduerſus ſerpentes : ſic aduerſus inimicos auxilia circumſpice· quibus illos aut arceas : aut compeſcas : aut quod optimū eſt places·

Senſus· Inimicos habeo·

Racio· Illud eſt peius quod amicos non habes·

De amiſſione amici· Sēſus

Amicum perdidi·

Racio· Iam enim te habuiſſe certum eſt·

Senſus· Amicum perdidi·

Racio· Alium quere : et ibi eum quere vbi inuenias· Quere inter liberales artes· inter recta et honeſta officia· quere in laboribus ad menſam res iſta non queritur· Quere aliquem frugi·

Senſus· Perdidi amicum·

Racio· Fortem animum habe ſi vnum : erubeſce· ſi vnicū : quid tu in tanta tempeſtate ad vnam anchoram ſtabas?

De amiſſione vxoris· Sēſus

Uxorem bonam amiſi·

Racio· Utrū inueneras bonā : an feceras? ſi inueneras : adhuc habere te poſſe ex hoc intelligas· licet habere quod habuiſti· ſi feceras bene ſpera· res perijt· ſaluus eſt artifex· Addicio·

Senſus. Sine vxore ſum
Racio. Et ſine aduerſario. iam
tui rerūqꝫ dn̄s tuaꝝ eſſe incipis
Senſus. Vxorem bonā ac deco
ram perdidi.
Racio. Stulti eſt compedes ſuas
q̄muis aureas amare.
Senſus. Amiſi vxorē bonam.
Racio. Quid in illa probabas
pudiciciam. ꝙ multe diu cuſto
ditū perdiderūt decus. ꝙ multe
inter bona matronalis ordinis
eſſe ceperunt inter exempla nu
meratarū delectabat te fides eiꝰ
ꝙ multas ex optimis coniugibꝰ
peſſimas videmus. ex diligētiſſi
mis ſolutiſſimas. ex liberaliſſi-
mis rapaciſſimas. Omniū qui
dem imperitorū animus. tamen
maxime in lubrico muliebris ē.
Eciam ſi bonā vxorem habuiſti
non potes affirmarē in illo eam
permanſuram fuiſſe propoſito.
Nichil eſt tam mobile ꝙ femi
narū voluntas. nil tam vagum.
veterum matrimonioꝝ repudia
cognouimus. et fediores diuorcio
male coherenciū rixas. ꝙ multe
quos in adoleſcencia amauerūt
in ſenectute cōmuni reliquerunt
Quociēs anile diuorciū riſimꝰ
ꝙ multaꝝ notus amor odio no
ciore mutatus eſt.
Senſus. Sed hec et fuit bona
et fuiſſet

Racio. Mores effice ut affirma
re ſine periculo poſſis.
Senſus. Vxorem bonam amiſi
Racio. Inuenies ſi nichil queris
niſi bonam vxorem. Tu modo
ne ymagines proauoſqꝫ proſper
eris nec patrimoniū cui iā ipſa
nobilitas primo loco ceſſit. Iſta
diu cum forma nō repugnabūt
facilius reges animū nulla vani
tate rerum tumentē. Nō multū
abeſt a contemptu viri que ſe ni
mis ſuſpicit. Duc bene īſtitutā
nec maternis inquinatā vicijs
non cuius auricul is vtrūqꝫ pa-
trimonia bina dependent. non
quā margarite ſuffocent. non
cui minus ſit in dote ꝙ in veſte.
non quā patente ſella circūlatā
per vrbem populus ab omni par
te que ꝙ maritus inſpexerit. cuiꝰ
ſarcinis domus nō ſit anguſta.
Hanc facile ad mores tuos redi
ges quā nondum corruperunt
publici corruptores
Senſus. Vxorem bonam amiſi.
Racio. Non erubeſcis flere et
intollerabilē iacturā vocare hoc
vnū deeſt. vtrum illam lugeas
an nō. Cum maritū te cogitaue
ris et virum cogita.
Senſus. Amiſi vxorem bonam
Racio. Soror recuperari bona nō
poteſt nec mater. vxor aduenti
ciū bonū eſt. Non eſt inter illa

que ſemel

non nullis familiaribꝰ audiēte
⁊ vt in illa etate vir auſero diſ
putare et colloqui cum ſceuola
q̄dam pre ſe vel etatis vel digni
tatis religionē ferente. Sed ad
propoſitū. Anthonius igitur ad
me meridie cū veniſſet nec occu
patū ſane offendiſſet: ſed cum
domeſticis quibuſdā ſedentē in
exhedra quodā quaſi prohemio
prelocutus ad rē atqꝫ opus acco
modato: ita deīde ſubſecutus ē.

Anthonius

p Perdifficilis michi et
in primis ardua vi-
detur queſtio de li-
bero arbitrio ex quo
pendet omnis rerū humanarū
actio. o[illegible]e ius ⁊ iniuria. omne
premiū ⁊ pena. Neqꝫ id in hac
ſolum vita verum eciā in futura.
qua queſtione non facile dixeri
an vlla ſit vel ne magis ſcitu ne
ceſſaria vel q̄ minus ſciatur. Sepe
enī mecū metipſo ſepe cum alijs
ab ea re querere ſoleo. Nec vllū
adhuc huius ābiguitatis exitū
reperire queo. vſqꝫ adeo cōturbor
inquirendo aliquo modo prop
terea apud me atqꝫ confundor:
verūptamen nō idcirco vnq̄ inq̄
rendo defatigabor neqꝫ deſperabo
hoc percipi poſſe licet multos
ſciam eadē ſpe fuiſſe fruſtratos

Ideoqꝫ tuā quoqꝫ audire in hac
queſtione ſentenciam velim. nō
modo q̄ oīa indagando ⁊ col
luſtrando fortaſſis ad id qd̄ q̄ro
perueniā ſed eciā qd̄ notū habeo
q̄ acri iudicio ſis et exacto.

latrantē ꝯiugē ⁊captiuas nurus
et filias· populacionem tantarū
diuiciaꝝ· Jpſe quoqꝫ qđ vltimū
reſtabat illi ſenectutis ſue ſola
ciū pirrhi enſe confoſſus ⁊ cru
deliſſima morte conſumptus ē?

Charon

Quis melius me hec nouit qui
cunctos hac ſtapha tranſuexi?
A quibus eciā omnē calamitatē
ſuam ſeriatim perdidici· notus
eſt habunde michi ꝑamus· cuiꝰ
ꝯgnito acerbo caſu non potui nō
dolere· notus eſt troilus· noti
hector et deiphebus· nota ē cete
ra tot filioꝝ ac nepotum turba·
noti innumerabiles q̄ illo bello
deperierunt troiani pariter et
greci duces· nota eſt infinita que
tunc vtrimqꝫ cecidit populorum
manus· nullo memini tempore
longiorem interfectorū multitu
dinē huc deſcendiſſe q̄ illo· quo
ita laſſatus fui vt pre multitu//
dine omnibus trāſuehendis mi
nime hec cymba ſufficeret· Pla
ne quid opus eſt tibi monitore
ad aperiendas eoꝝ miſerias q̄s
tu ſubiectas oculꝭ tuis habuiſti?
Qđ ſi per anguſtias temporis
liceret iam enim video propius
nos applicare ripe narrarē ⁊ mi/
lia aliorum tirannoꝝ ex quibus
creſceret eciā magis tibi opinio
eorum calamitatis· Nam illud
poſſum qđ certo ſcio tibi verum
affirmare nullū fere me vidiſſe
vmq̄ tirannorum huc deſcendē
cium· deſcendunt porro huc om
nes qui non vel alicuius veneni
infectione vel magnas vulnerū
cicatrices et ſanguinolente ali/
cuius mortis horrida ſigna pre
ſe ferunt· Jta mirum eſt videre
tot ac tantos necatos· ꝯfoſſos·
cruentatos· trucidatos·

Palinurus

Quis nunc tantis in malis ti//
rannū ſe eſſe vmq̄ optabit? q̄s
imperia aſſequi queret? Que iā
cercius certo cognoſco magis fu
gienda eſſe q̄ meduſeū caput?

Charon

Audiſti quibus apud ſuperōs
tiranni malis torquentur· ſed ſi
intelligeres que hic apud infe/
ros grauiora eciam illis parant
tur perhorreſceres ⁊ lōge magis
eorum ſortem·

Palinurus

Ergo ⁊ alia hic tirānis parantᷣ?

Charon

Credis palinure ſcelera que pa//
trant mortales hic aliquando
impunita eſſe?

Palinurus

Hoc non animaduertebam·

Charon

Aiaduertendū ē igitᷣ tibi q̄dcūqꝫ
ī vita peccaᷓ pati demū pꝰ mortē

et reſpondente peccatis pena puniri. Nam vt capias qd dico ſi tute palinure artē tuā nauicu lariā viuens male exercueris. ſi in dominū tuum mali quicq̄ vel cogitaueris vel cōmiſeris. ſi inaudiens dicto ſuo extiteris. inuenies hic tibi preparatas hijs que deliqueris ſimiles penas.

Palinurus

Nichil profecto charō ſcio qd male egerim vel in dominū meū peccauerim niſi ſompnolentam illam dormitacionē meam. qua negligencius certe q̄ debebam me geſſi. Nā magno in piculo nauim ſimꝫ et dominū quē vehebat meū reliquit. niſi vigilācior ipſe et caucior melius ſibi conſuluiſſet. Sed penaꝝ ſatis tamen ob hoc craſſum peccatum meum in vita recepi.

Charon

Recipies eciā in morte. Ibis enī cum e naui te dimiſero ad ſeueros iudices nr̄os qui examināt et cenſent delicta omniū. ducēt quoq; te in examinacionē. ſcrutabunturq; crimina tua. Videor vero videre quali te iudicabunt pene ſubiciendū.

Palinurus

Quali?

Charon

Parem peccato tuo penam tibi ſtatuēt. Nam cū ſompno peccaueris. eterno te eciam ſompno dampnabunt.

Palinurus

Dormiam ego in eternū?

Charon

Ita puto niſi grauius ſit aliud peccatum tibi.

Palinurus

Sic mites habeam iudices vt non eſt aliud grauius michi.

Charon

Nullā ergo niſi ſompni penam pacieris.

Palinurus

Non hec grauis pena mihi videt̄

Charon

Neq; aſinis eciam et bobus. At magnis et excellenti aliqua virtute preditis viris grauiſſima eſtimatur.

Palinurus

Quas vero dic penas perferent tyranni?

Charon

Audis tot exclamantes et lamētantes voces. tot horrificos plāctus. tantum ſtridorem ferri. tot tractus cathenarum?

Palinurus

Delectabat me adeo ſermocinacio tua vt hijs minime animū attenderē. Sed quid audio tā triſte atq; horrendū qd pre horrore pene aures mee ſuſtinē pn̄t

Charon

Sunt hec que audis tormenta
tirannoꝝ. Nam cum illi in vita
carceri quemqꝫ incluſerint. ſpo
liauerint. flagellauerint. truci//
dauerint. in ſummū luctum. in
ſūmam egeſtatem et calamita
tem deduxerint. dampnati ſūt
eciam ab illis incorruptis iudi
cibus ad perferendas pares pe//
nas. Ideo teterrimis quoqꝫ car
ceribus incluſi. ſpoliati. flagel
lati. rotati. ceſi membratim.
ac mille atrociſſimis mortibus
cruentati. tantos edunt quantos
audis gemitus. tantum luctum.
tot ac tantos reboantes clamo
res atqꝫ eiulatus.

Palinurus

Dic eciam michi charon an e/
iſdem penis plectuntur qui mag
ni atqꝫ primarij tyrannis aſſiſ
tunt?

Charon

Prorſus eiſdem. Nam ſuaſu et
conſilio eorum maxime commit
tunt tiranni ſcelera ſua.

Palinurus

An et in vita illi beati ſunt?

Charon

Non ſecus ac tiranni quibus
aſſiſtunt. Nam hijſdem quoqꝫ
malis ſubiecti ſunt. eadem enim
ſūt in eos populorum odia: ma
iora eciam inter ſe. eedem cure.
eadem pericula. et quod miſerabili
us eſt deiciuntur ſepius a tiran
nis ſuis. et vel carcere vel morte
aliquando peſſima afficiuntur.

Palinurus

Tanta ē ergo tamqꝫ generalis
omniū mortalium calamitas?
Nullam ne prorſus eſſe putes
hominum ſortem que beata dici
poſſit?

Charon

Immo beatos aliquos non ne
go fuiſſe mortales.

Palinurus

Quos?

Charon

Sed peccatos tamen.

Palinurus

Quos peccatos?

Charon

Qui amore virtutis et littera//
rum contempſerunt cetera mun
di bona. qui ſe innocuos. puros
caſtos. integros. incorruptoſqꝫ
conſeruantes extulerunt ani//
mum alcius ad guſtandam di/
uinam excellenciam: humana
quaſi ſordida et abiecta relin//
quentes. Nā virtus per ſe tam
dulcis tamqꝫ iocunda res eſt vt
incredibiles amatoribus ſuis
afferat voluptates. Tam nobi
lis et preſtans eſt eius poſſeſſio
vt ſumma quadam bonorum v//
bertate ditet poſſeſſores ſuos.

Quã qui vere ẽ aſſecutus · nihil
preter lrãꝝ ſtudia dulce · michil
preter dei cognicionẽ habet ama
bile · Que tã predulcia ſibi dona
ſtabilia : perpetua : incorrupta : ꝑ
elegit · cuſtodit · complectitur ·
Reliqua vero mundi ſupremo
tandẽ guſtu amara · infirma · mo
mentanea · corruptibilia · fuco
mendaciora · hylo ianiora · hilla
ieiuniora · pappis volantibꝫ leui
ora · fugit · contempnit · abicit · con
culcat · contentuſqꝫ ſtudijs ſuis
totum michili mundũ ducit · ru
entẽqꝫ eciã non formidat · In
hijs vero recreatur · refocillatur
letam et iocundam agit vitam ·
ridet tãtas hoim tamqꝫ ſtultas
et vltro ſibi q̃ſitas anxietates ·
tot inepcias · tot caſſos labores ·
tot inanes curas · Nemini nocet
nemini moleſtus eſt · laudãt eũ
omnes · predicant · admirantur
beniuolencia cõplectunt · fauore
proſequuntur · Quã vere hic bea
tus eſt qui conſciencie ſue inno
cencia et integritate fruitur · qd
primũ eſt et dulciꝰ omnibꝫ bonũ
ſecutuſqꝫ ſui · nullo timore angi
tur · nulla anguſtia torquetur ·
Non timet largas quibꝫ caret
quaſqꝫ michili facit diuicias ſibi
a potẽcioribꝫ eripi · Non timet
a quoq̃ ſe ledi · qui nec quemq̃
ſe leſiſſe certo intelligit · Quã
vere hic felix eſt · q̃ a tot tantiſqꝫ
ſemotus curis et piculis · tantaꝝ
vacuus pturbationũ · ſibi ſemp
aliiſqꝫ iocundus · letetur ſemper
et omnibus quotquot ſũt mundi
honeſtis · et hijs eciã que celitũ
comunes ſunt perfruatur volup
tatibus qui humanioribꝫ ſancti
oribuſqꝫ deditus ſtudijs contemp
nat omnia · non qui omnibus
habundet ſed cui michil deficiat
Porro illi michil deficit q̃ nihil
concupiſcit · concupiſcens autẽ
michil contempnit omnia · con//
tempnenſqꝫ ita id aſſequitur qd
deſiderat · deſiderio vero ſuo frui
ea demum vera et ſola beatitudo
bonorũqꝫ omniũ plenitudo eſt ·

Palinurus

Hij ergo cũ michil male egerit
penaꝝ eciam michil paciuntur?

Charon

Nichil prorſus ymmo propter
tranſactam bene vitam meritum
magnum aſſequuntur ·

Palinurus

Quid?

Charon

Vel celi fiunt incole · communicãtqꝫ
eternum celeſtibus illis bonis ·
vel ſi huc deſcendũt mittuntur
in eliſeũ qui locus ẽ quietis ac
deliciaꝝ · vbi ſedes fortunate · cã
pi aprici · leti omniũqꝫ omnino
penarum expertes ·

Palinurus

O si mihi ad mortales redire a-
liqñ contingeret inclamarem q̃
alta possem voce. admonerẽ pro
ſuo queq; officio et dignitate.
aduiſarem tantam laborũ fruſ-
tracionẽ. tantam curarum vanitatẽ
tot corruptas opiniones peruer-
ſaq; iudicia. Sed q̃ maxime
increparẽ q̃ vel magiſtratu quo-
piam magno vel ĩperio ceteros
antecedunt. oſtenderem tanta
que antea ignorabam. Sed te
docente intelligo mala eorum
grauiſſima dictuq; horribilia.
reuocarem omnes a vicijs. ab
inferendis iniurijs. a molliore
victu. a ſuperflua cogendarum
rerum cura. incenderẽ deſiderio
virtutis. laudarem innocenciã
predicarem frugalitatẽ. exhorta-
rer cunctos ad bene grauiter caſ-
tigateq; viuendum. ad ſe cog-
noſcendũ. ad contempnendum
tot caduca et inſompnij cuiuſdã
vel vmbre magis ſimilia mundi
bona. inuitarem ad honeſtas ar-
tes. ad ingenuas exercitaciões
ad ſtudia lrãrum. ad ſpem et con-
templacionẽ diuine bonitatis.

Charon

Et recte ſane. Sed vides ne te
ripã attigiſſe? egredere iam.

Palinurus

Et iam egreſſus ſum. ad iudi-
ces cõplacitam opto tibi ſem-
per nauigacionem. ſalue o cha-
ron et vale.

Charon

Et ego ad reliquas vmbras re-
deo. placidos opto tibi ſemper
iudices. ſalue o palinure & vale.

Explicit dialog9 mafei vegij
laudunẽſis de felicitate & miſeria

Pogij florentini oratoris di-
ſertiſſimi ad franciſcũ barbarum
dialogi in auariciã prefacio epiſ-
tolaris feliciter incipit.

Quoniã plures mor-
taliũ mi franciſce
non viuũt ſ; agũt
vitã: hoc eñ oim
eſt: illd paucorum:
fortunati illi eſſe videntur et pene
felices quibus dono immortalis
dei id ɔtigit vt poſſint dicere ſe
vixiſſe. Id ergo nõnullis etatis
noſtre viris accidiſſe puto: qui
rebus a ſe editis magnã laudẽ
& gloriã ſunt ſecuti. Nã & varia
ſcriptorũ genera e grecis latini
reddiderunt nobis. et ipſi ſua
quedam ſumma cum doctrina
atq; eloquencia conſcripſerunt

Quã quidẽ rem haud ꝑdifficilẽ
illis fuiſſe arbitror: tum grecis
ac latinis lr̃is eruditis: tum ſũ
ma dicendi copia preſtantibus
At vero michi durior quedam
ſcribendi racio videt̃ eſſe ꝓpoſita
cui neq; greca lingua ad vſum
noſtrũ transferendi ſit facultas.
et eas ꝯgnoſcã meas eẽ copias
q̃s adhuc in aciẽ atq; in campũ
non auſus ſum educere. Verũ cũ
audaces q̃nq; fortuna adiuuet
temptandũ michi q̃z viſũ ẽ. an
ego quicꝙ poſſẽ afferre in coẽm
vtilitatẽ. quo etſi nõ vixiſſe vt
illi: at ſaltẽ non omnino igna
uiter vixiſſe dicerer. Itaq; ſuſpſi
onus neſcio an gratum multis
michi certe iocundũ ⁊ forſan ce
teris non inutile vt referrẽ ſer-
monẽ habitũ contra auariciam
a doctiſſimis viris tibiq; amã
tiſſimis quibꝫ cũ tibi frequẽs
dũ hic aderas ⁊ periocunda fuit
vite ꝯſuetudo. mõ aſſequi poſſim
vt ea que prouide ac luculenter
ab illis diſputata ſũt: a me lr̃is
mandent̃. Atqui hoc audiencius
aggreſſus ſum quo paucioẽs ex
hijs fuere qui vacarẽt ad correp
cionẽ viciorũ. Que cũ ſint diuſa
que vitã noſtrã conturbent: id
potiſſime in hanc diſceptacionẽ
eſt collatũ: ex quo ſcelera omnia
et maleficia vt ait cicero gignũt
tur. Quod ſi cui forte aut minus
habile videbitur diſputandi ge
nus. aut non ſatis explicata ra
cio oneris ſuſcepti. Is ꝯſideret
queſo nec q̃ꝫtum aut q̃ꝫ elegant̃
de eiuſcemodi re diſſerui. ſed
quid ingeniũ meũ ſcribendo con
ſequi potuerit. Satis michi enĩ
eẽ viſũ eſt ꝓponẽ in mediũ facul
tates meas. ex quibꝫ vel queãt
ſumere ſi qui forſitan dignas
exiſtimacõe aliqua arbitrarent̃.
vel abſoluere aliquid perfectius
qui voluerit emendandi atq;
ampliora dicendi curã ſuſcipere
Tibi autẽ mi franciſce viro et
amiciciſſimo michi et ingenio
excellentiſſimo. cuius labore et
induſtria latine muſe plurimũ
decoris atq; ornamẽti ſuſceperũt
Hoc opuſculũ tamq̃ꝫ primicias
ſtudiorũ meorũ dicaui. Quod ſuſci-
pias oro in tutelam tuam. non
tanq̃ꝫ horridus iudex ⁊ ſeuerus
arbiter. ſꝫ tamq̃ꝫ diſertus atq;
elegans patronus cenſeas ⁊ agẽ
dam tibi illius cauſam ſi qui in
eum forſan inſurgerent ⁊ errata
defendere.

Explicit prologus. Incipit
liber contra auariciam.

CUm diebus eſtiuis an-
thonius luſcus. cincius
romanus: alijq; nõ nulli

ex pontificis ſecretarijs cenauet
cū bartholomeo polliciano·eos
enī rogauerat more romano ad
vineā ſuā que eſt prope baſilicā
lateranenſem·venit eodem ꝗ ipē
ad cenam vocatus andreas con/
ſtantinopolitanus vir ſciencia
et religione preſtans et ſecreta
rijs ſumma beniuolencia coniuc
tus ·Fuit autem conuiuiū illud
inter humaniſſios viros omni
comitate atqȝ hilaritate ſer//
monis refertum cum neqȝ vinū
varium defuiſſet:verba vero eciā
ſupeſſent·Sublatis epulis eue
nit vt illis ſedentibus cū varijs
de rebus vt fit ſepius poſt cibū
colloquerentur·tum vero maxīe
quererentur de condicione tpm
quibus et nulla virtutis racio
haberi et vicia nimis inoleſcere
viderentur·Quidam cū ſapiēcie
ſtudijs nulla premia conſtituta
dicerent ·ſtulticie autē mercedē
infinitam:laudabāt priora ſecu
la quibus boni viri maxime flo
ruiſſent · etatis noſtre maligni
tatem culpabāt·quia ꝗ pbitas
reijceretur:ꝗ improbis ac facino
roſis omnia redundarent · Alij
magnum ſemper fuiſſe affirma
bant numerū malorū neqȝ nos
peiori condicione ortos ꝙ ſuperi
ores illos quorū geſta tantopere
admiraremur ·ſed eam eē hoim
ſortē vt omnis etas de tempore
ſuo ꝯquereretur·nam viciorū omni
tempore ſegetē permagnā fuiſſe
conſtat ·ꝗ optimis ſemper peſſi
ma pmixta· vicia autē fugiēda
eſſe omnia·tum illorū vim repe
tam perniciosiorē que precipue
eſſet homini vitanda·Cūqȝ de
viciorū gradu ꝗ potēcia q̄ri ceptū
queſituqȝ fuiſſ q̄ nā illa diceretur
quorū impetus potiſſimū eſſ pertimeſ
cendꝰ·Cū multa neqȝ ſine altri
cacōe vt tēpus poſtularet varie
afferrentur·alijqȝ aliud malicia
excellē pſeueraret· Tūc andre
as·Si mō inq̄t colloq̄mur atqȝ
ordie efficiemꝰ fortaſſe hec cena
aliq̄d nobis afferet vtilitatis
Nō enī ſumꝰ vt in ſympoſio pla
tonis legi aut ebrij aut ſompno
lenti ·quibus clamore opus ſit
ad nos excitandos ꝙꝙ potus
vt videor q̄ſdā reddiderit paulo
verboſiores·Cum ſilenciū factum
eſſet·Ego quidē inquit ille fate
or ꝯmunē eſſe nō ſolū opinionē
ſed veterē querelā virtutē ſine
premio iacere·bonos ac ſapiētes
viros ꝯtempni·ſtultis atqȝ in/
dignis facilē ad ſūmas dignita
tes aditū patē· vt mōſtri ſimile
videatur ſi qn̄ bonis demādetur·id
aūt neqꝙ mirū videri debet·nā
delectamur oēs mox ſilitudīe idqȝ
appetiꝰ ad qd p̄cipue ꝓpēſi ſumꝰ

Et vetus eſt ꝓuerbiū eas max
ime arboēs agricolā ſerere quaꝝ
maxime capit̃ voluptate. Quo
fit vt cū ad malos defertur po
teſtas rerū raro extollant̃ boni.
Sed ſi q̄s arbitratur aut bonis
viris vnq̄ꝫ ꝑmia virtutis deeſſe
aut in malis illā poſſe conſiſtere
dignitatē vehemēter errat. Nā
et in virtute ſatis premij ac mu
neris eſt collatū. cū ſeipſa ↄtēta
ſit. ⁊ in ſtulticia cum ipſa ſit cū
maximo malo nlla ineſſe poteſt
dignitas que ſpeciem ⁊ nomen
ſuū amittit cū eam indigni poſ
ſideant. Qua in re ſapiētiſſime
veſter ſcpſit cicero. qui cū ceſar
aliquos ignobiles poſt ciuilem
victoriam in ſenatum elegiſſet.
Ceſar inquit cū quoſdā ornare
voluit non illos honeſtauit ſed
ipſa ornamenta turpauit. Itaq̄ꝫ
cum videritis extolli quempiā
ad illū locum in quo ſeipſū aſcē
diſſe miratur. nullo pacto vos cō
moueri decet ſed ridere ad ludū
iocumq̄ꝫ fortune neq̄ꝫ quicquā
ducere expetendū preter virtutē
atq̄ꝫ fugiendū preter vicia. Ad
autē que eoꝝ turpiſſima que re
viderent̃ grauiora eſſe q̄rebat̃.
ſi quē de hac re ſtoycū rogetis
nichil ſane intereſſe reſpōdebit
aſſeretq̄ꝫ et vicioꝝ ac virtutum
paritatē. Sed nimis remota ē
illa ſentencia a ſenſibꝰ noſtris
et omni prudencia. nullū eſſe
peccatū aliud alio maius ⁊ eque
peccare qui vnā q̄ꝺdam ediculā
et qui patriā incenderit. Nam
diſpares volunt eſſe virtutes et
vicia multūq̄ꝫ inter ſe diſtare ⁊
pondere ⁊ magnitudine. Si q̄s
a me querat qd videat̃ reliqua
antecedere peccata cū multa eſſe
dicam que ſunt grauiſſima. tum
vero ſuperbiā omniū vicioꝝ arcē
⁊ principatū tenere a qua veluti
fonte peccatoꝝ omniū maloꝝq̄ꝫ
noſtroꝝ flumina emanarunt.
Ea ſolū perdidit humanū genꝰ
ea primū celeſtes creaturas ag
greſſa eſt. Nam ⁊ luciferꝝ e celo
deiecit. ⁊ primū parentē noſtrū
e paradiſo expulit voluptatis.
Ex quo tocius orbis dāpnacio
ſubſecuta eſt. Quāobrem facile
poteſt perſpici q̄tum in terra hu
iuſmodi ſcelus preſtet ceteris cū
eius temeritas tanta fuerit pena
mulctata. Tum cincius. At
qui inquit tuus criſoſtomus in
anem gloriā arbitrat̃. Scribit
em̄ nichil eſſe paſſione inanis
glorie periculoſius. Cū quicquid
mali fiat huius ſolius ſtudio ꝓ
ficiſci putet ⁊ hanc ipſam velut
ſuperbiā inanis glorie vento ex
citatā. Verū quoddā aliud michi
videt̃ eē vicij genus ad qd alia

ne vtiq; accedant proxime. id
ambicionem dico a quo difficile
eſt enumerare q̄ta mala proue/
niant. primum eius opere ac pe
tulancia pax maximū inter mor
tales bonum tollitur e medio.
Magnus enī eſt mentis ſtimu
lus īperij cupido. que quicquid
libuerit licitū perſuadet. vt dif
ficile ſit vllam iuſticiam aut e/
quitatem notam ei quem ambi
cionis aura commouit. hinc ſe/
dicionum bellorumq; omniū ſe
men exoritur. hinc cedes. incen
dia. nacionumq; interitus de/
ſcendunt et regnorum euerſio
nes. declarauit id maxime alex
ander macedo ex tuis andrea:
ex noſtris ceſar. Quorum effre
nata cupido regnādi totum ſub
uertit orbem cedibus. incendijs
rapinis. imperium certe romani
populi duorum ambicione prin
cipum cecidit. Quid ytaliam
eciam diebus noſtris adeo con
triuit: niſi paucorum princi/
pum quos nouimus peruerſa aut
inexhauſta cupiditas īperandi. hoc
certe extremū dici poteſt malorum
quo ſublato ex animis noſtris
perpetua quadā felicitate hoīes
fruerent. His ſubridens an/
thonius. Ego malorum omniū ex
tremū inquit id iudico qd a nobis
euellere aut arte aut racione nō
poſſumus. hoc videt̄ michi eſſe
podagra. quā nullo pacto nullo
ſtudio amouere a me queo. a ce
teris me facile tueor. Si q̄ diſpu
tacio me harū moleſtia leuaret
ſūmo me afficeret bono. Tū
bartholomeus. Hec tua inq̄t an
thoni verba vt ego q̄; in partē
huius ſermonis accedā me ad/
mouēt vt exiſtimē qd q̄ſq; fla
giciū aut ſcelus maxie natura ā
moribus abhorreat id ei permag
nū videri. veluti eā q̄; voluptatē
iocūdiorē qua plurimū delectet.
Apud nos theologos andrea di
lectio et caritas habent maxime
virtutū. Quo fit vt odiū et īpie
tas ſiue magis crudelitas vicia
illius ɔtraria omniū pnicioſiſſi
ma a nobis debent cenſeri. Sed
quicquid et loquant alij ſi ſen
ciant michi cum multa a vobis
dicta exiſtāt tn̄ nōdū videmini
caput et radicē viciorum attigiſſe.
Duo aūt ſingula vicia luſtrāti
mihi ſe obiciūt luxuria. s. et auari
cia veluti ſerpētes tetri atq; ima
nes quorum virus infecerit orbem
terre. Nā ſi ab ipſius mūdi inicio
rerū hiſtorias recordari volueri
mus: ex hijs duobus dāpna hoīm
generi īportata recognoſcemus q̄
p ceteras oēs viciorum peſtes. Et
quidē haud negauerī ambicōe;
multorum cauſam malorum extitiſſe

ſuperbiā plurimos ſubuertiſſe. Ita nō ſolū homines ſed ⁊ vrbes fuiſſe deletas. Poſſem afferre inuidiā ebrietatē odiū quibus non nulli mortaliū perierūt. Sed eoꝝ quodlibet cum alia virtute poteſt eſſe coniunctū. Inferius certe eſt auaricia ⁊ luxuria que et in nullius virtutis ſocietatē coeunt et veluti ex ſuperiori loco cetera infra ſe vident vicia. Hij ſūt duo humani generis morbi peſtiferi qui tamq̄ aliqđ clarū ſidus ſtragē ꝑniciemq; omnibꝰ minantur. Ita eēm luxuriam et auariciā precipue ſedem eſſe ac fundamentū maloꝝ omniū quibus mortale affligit̄ genus vt veriſſima ſit priſci cathōis ſapientiſſimi viri ſentencia. Ciuitates luxuria atq; auaricia laborare. que peſtes oīa magna impia euerterunt. Eoꝝ alterū cum videatur originem ducere a natura tamē ratio adhiberi poteſt ⁊ modus quidā ne ſi effeat vtq; infra certas metas contineat̄. Alterū cum ſit nature aduerſum nulla racione regi poteſt. neq; modeñdum eſt id genus mali ſed excidendū. Nam luxuriam multoꝝ licet maloꝝ cauſam ſapientes dixerint. eſt tamen aliq̄ ex pte vt poſſit ferri veluti q̄ admiſcet̄ procreacione liberoꝝ. blandum malū ſed ſibi nocens ſoli non alteri: neq; alienū a ↄſeruacōe generis humani. At auaricia ē ad ſubuerſionē eius. execrandū ſcelus. omnibus nocens. omnes ledens. omnibꝰ infeſtū. cui nihil laudabilis nichil honeſti poteſt eſſe coniunctū. monſtrū ingens horrendū atq; in perniciē genciū procreatū. ⁊ ad delendū inter ſe hominū ſocietatē. nichil ē michi credite fedius auaricia. nichil ſceleſtius. nichil turpius. nichil horribilius. cuius ſi poſſ; facies videri magis nos terreret q̄ furiarū agmen ex infimo tartaro eductū. Nolo exemplis vti ne mea verba offendant. At ſi liceret multoꝝ exēplo docere nullū eſſe malū. nullū flagiciū. quod illa non ſuadeat. non importet ſecum. nichil bonitatis qđ non anferat ab eo quem occupauit denudat illū virtute omni. ſpoliat amicicia. beniuolencia. caritate. replet odio. fraude. maliuolencia. īpietate. reddens ex hoīe ſceleſtū portentū et crudelē vt ſi reliqua omnia in vnū vicia congerantur cum hoc ſolo non putē ꝯparanda. Volumus ne igit̄ andreas inquit poſtq̄ ocioſi ſumus ⁊ interī tempus relinquit̄ vacuū. ceteris ad cenam in hijs ipſis inſiſtere ⁊ paululū ſcrutari

an abs te recte ſenciatur horum
maliciam vicijs ceteris preſtare
tanq̄ ex hoſtili ſpicula nobis in
ſidiantē. Hoc inquit bartho
lomeus ⁊ cuperē et non eſſet ali
enū a nobis: quibus ⁊ illa eui-
tare ⁊ bonos eē ꝯdeceat: niſi nox
iam immineret ⁊ redeundū nob̄
eſſet ad publica negocia que ſūt
a pōtifice demandata. Immo
et temporis ſupereſt ſatis ad diſ
putādū cincius inquit. et dum
hoc agimus publica quoqꝫ trac
tamus negocia neqꝫ parua exi
manda. Egregie quippe ſcripſit
preceptor morū ſeneca in libro
de tranquillitate animi. nō ſolū
eos ꝓdeſſe rei publice q̄ aſſunt:
qui tuentur eos qui de pace bel
loqꝫ cenſent: ſꝫ illos quoqꝫ qui
virtute inſtituunt animū: qui
in luxuriam pecuniamqꝫ curren
tes penſant ac retrahūt. Quare
temptemus ⁊ ipſi ſi quid poſſu
mus ꝓdeſſe hoc ſermone noſtro
et ſi non ceteris at ſaltē nobis.
Equidem letor inquit antho
nius nos incidiſſe in hec verba
vt diſceptem⁹ pauliſper de eoꝝ
viciorum vi atqꝫ natura qua ꝯg
nita illoꝝ crimen culpamqꝫ faci
lius euitem⁹. q̄ꝙ̄ fatebor vobis
ingenue alterum ne poſſem iam
anni effecerunt. alterum ne vel-
lem cum natura conſecutus ſum.

tū vero plurimū lr̄is ⁊ doctrina.
mallem tamen ſi quid dici pla
cet aduerſus auariciam diſſeri.
cū vereor ne ſit neceſſe nos eciā
inuitos id crimen ſubire ob te-
nuitatē lucri. quo vix tueri poſſu
mus noſtri officij dignitatem.
Hic cū omnes aſſentiri inqꝫ
auariciam dici velle viderentur.
Equum eſt inquit andreas vt
dicendi prerogatiuam huic nr̄o
hoſpiti concedamus. vt ⁊ qđ iā
cepit perficiat. et ad ſumptum
cene eciam loquendi addatur
moleſtia. hoc enim modo plecte
tur hic preter modū apparatus
et epularum multitudo. Im-
mo te inquit ille aut cinciū opoꝛ
tet. Mee quidē fuerunt partes
lancem atqꝫ vberem menſam in
cena reddere. veſtre nunc huma
nitatis eſt efficere vt videamini
non ſolum cibis ſed ⁊ potui in-
dulſiſſe: qđ plurimo ſermone ſo
let fieri. et antiquum eſt Bene
inflatas tibias meliorem ſonū
ſolere reddere. Probe inquit
cincius et iocatur et partitur cō
uiuij magiſter: vt cum ipſe curā
corporeā ſuſceperit nos aliquid
animo tribuamus. Sed andre
as hoc nobis preſtabit vt ali-
quid explicet ſua illa facilitate
quo paululū ornamenti ad hoc
conuiuium eius opera adiciat.

Ad hec equidem contumelia
quedā esset inquit andreas nō
eum videri qui cibos pararit et
condire possit si velit. Cui ego.
non adimā hanc laudē vt non
tantū in aīo recreando facultatis
q̄tum in pascendo corpore dili-
gēcie habere visus sit. Itaq; vel
abeundū ē bartholomee vel cer
te a te loquēdi sumēdū ꝑncipiū

Tū ille. Etsi honestius erat
inquit me subsequi q̄ preire. ꝑ
sertim qui vos possem cogere tū
ingrediar postea q̄ vobis lubet
huius disputacionis modū. Ita
tamen vt non spectetis a me
aut accuratā oracionē aut g̃ues
sentencias. cum post cenā non
sit aut nimiū prudens ꝛ grauis
sermo aut dicendi ordo requirē
dus. Dicenē autē que in mentē
venient ex tempore. et que sunt
huius ꝛ loci ꝛ temporis. Memi
nistis em̄ non disputacionū sed
ꝑpotacionū hunc solere esse locū

Hec certe causa fuit andreas
inquit cur primā effugi aciem ꝛ
me in subsidia retuli vt priceū
culpa meum errorē si quid dicē
dum erit possim tueri. Tum
ille. Cum multa sint inquit tū
cristianis doctissimis ac sanctissi
mis viris. tum vero a gentibus
grecis ꝛ latinis contra auariciā
scripta. superuacuū fortasse vide
atᷣ de ea re amplius loqui nos
presertim quorum verba haud
magni pensabunē. Sed postq̄
conferendi inter nos erga ꝛ ad
nr̄am vtilitatē aliq̄d dici placet
michi quidē in primis dicendū
videtur vnde auari nomē: nam
inde ē auaricia: dicaē. Existimo
autē auaros ideo appellatos nō
nullos q̄ auidi essent eris. Qui
em̄ eris cupidi nimis erāt inq;
eo querendo summā operā pluri
mumq; studij ponebant. auari
nominabantur. Si hoc verū
est inquit subridens anthonius
cessant apud nos auari. Auri
em̄ argentiq; homines nostri
non eris ducuntur cupiditate.

Atqui inquit bartholome⁹
ad id mouere cuiusmodi homini
bus tūc inditū fuit cum nondū
esset vllus vsus vel auree vel ar
gentee monete. Nam es solum
in precio est habitū apud roma
nos vsq; ad bellū punicū primū
Quinq; em̄ annis ante id bellū
argentū ꝑmo signatū est bigaꝝ
et quadrigaꝝ nota. anno vrbis
condite. cccc. lxxxv. Atq; anno
post scd̄o et sexagesimo nūmus
aureus percussus ē. Es seruius
tullius primus signauit nota
pecudū: inde ꝛ pecunia dicta. cū
antea rudi ere vterenē. Ita licet
variaretur monete materia: id

tamen auaro nomen manſit vt
auri·argenti·eris·opum cupidi
atq; ita cupidi vt omne ĩ id ſtu
diũ ſuũ ꝯferant·ſemper appetãt
ſumptu abſtineant·nullũ queſ
tum horreant·nullo lucro ſaciẽ
tur·omnia referant ad ſuam vti
litatem·proprio ꝯmodo queq;
meciantur recte dicantur auari·
vñ erit auaricia libido habendi
immẽſa vel pocius quedam diui
ciarum cumulandarum fames·
Eſt enim auari animus deditus
ſtudio theſauri ꝯpandi·obnoxi
us cupiditati·pecuniarũ ſeruus
quarũ cura nunꝙ̃ illum derelin
quit ſemper cupidũ·ſemper egẽ
tem·Nunꝙ̃ enĩ vt ſcitis ſaciat̃
aut expletur cupiditatis ſitis·
Cruciabitur ergo continua ra//
bie cumulandi·nulla dies nulla
hora pretermittetur vacua ab
hac cogitacione·eſtuabit ſemꝑ
fluctuabitq; anxius ad ſacien
dum fameſcentẽ auri appetitũ·
Igitur inſeruiet ꝑuate vtilitati
ad eam accomodabit oĩa dicta
facta cogitatus publiciq; oblit⁹
ꝯmodi ⁊ ꝯmunis ſocietatis ſibi
ſoli vacabit rei ſue intẽtus·Quo
fit vt id vicium ſit repugnante
atq; aduerſante natura·Cuius
lex p̃ſcribit vt ꝯmunẽ vtilitatẽ
noſtre añponamus·ĩpellamurq;
vt velimus prodeſſe ꝙ̃ plurimis

Vñ ſtoycus ille catho apd̓ cice/
ronẽ diſputat non eſſe magis
vituperandũ proditorem patrie
ꝙ̃ ꝯmunis vtilitatis deſertorẽ
propter ſuam vtilitatem·Cum
ergo auarus ſibi ꝓſpiciens ſibi
ꝯſulens non ſolum deſertor ſed
oppugnator atq; hoſtis fit oĩs
vtilitatis ſui ꝯmodi cauſa·neq;
proſit multis ſed obſit omnib⁹
certũ eſt ipſum veluti ſocietatis
humane proditorẽ deſiſtere ab
ipſius lege nature·Contraq; eã
eẽ auariciã remotã atq; adũſam
ab vtilitate publica ad quã ꝯſer
uandã tuendãq; editi ſum⁹·h⁰
ꝯſtituo·et illud ſequit̃ auarum
nulla racõe poſſe eſſe virũ bonũ
vt enĩ quiſq; ĩferet ad ſuũ ꝯmo
dũ quecũq; agit·ita minime eſt
vir bonus vt tullius noſter in
libris officioꝝ teſtat̃·At auarus
nulli dubiũ ẽ quin ad ſuũ ꝯmo
dũ referat quecũq; agit·idõ nul
lus vnꝙ̃ auarus erit vir bon⁹
Non ſolũ autẽ non bonus ſed ⁊
ſumme malus·ipſum enĩ nomẽ
auari cum ſit in vicio maliciam
deſignat·Nam fieri nequit vt
quis auaricia verſetur abſq; de
trimento atq; iniuria multo//
rum·in quo precipue offendi/
tur regina virtutum iuſticia cum
omnes auari actiones et opera
ab iniquitate proficiſcantur·

Dum eīn cupit augere opes · dū
nititur congregare pecunias · dū
occupare terras poſſeſſionibus
iuſticiā omnē exuit atqȝ equi/
tatē · Quibus cum vacet · nullū
ſcel⁹ omittet ſpe cōmodi allata
vel oblata · fraudabit pauperes
diuicijs · expilabit ſocios · igno
tos vexabit · extorquet ab infir
mis · rudes decipiet · nulla exco/
gitabitur turpitudo · nullū malū
facinus · nullū dedecus quo non
letetur · qđ non persuadeat perpe
tretqȝ propoſita ſpe vtilitatis ·
Optabit interitū cognati · affi
nis · noti atqȝ ignoti · ſi quā ptī
unculam hereditatis ſperet ad
ſe peruenturā · Imprecabitur ad
uerſam fortunam vicino · cuius
poſſeſſionibus hians imminet
detractiones · cedes · naufragia ·
incendia affectabit · ſi aliorum
dāpno res ſua ſit melior futura ·
Gaudebit caristia ānone ſi fru
mento habundet quo vendat ca
rius · Memini quēdam auarū
dicere ſolitū · cuſtodienda horrea
eſſe ad id tempus q̊ flens puer
a parentibus panē efflagitaret
deſignans tempora ſterilitatis
exprecanda · Qua voce non hoīs
ſed portēti inhumaniſſimi quid
aſperius · quid crudelius poteſt
proferri ? huic tam vaſte belue
nil aliud mali optes niſi vt ſuo
pereat deſiderio · Ergo ita affect⁹
nec amiciciā colere poterit nec
beniuolencia aut miſericordia
cōmoueri · Nam quomodo miſe
ricordē ſe aut beniuolū preſtabit
is cui omni re pecunia eſt accep
cior vel quā ſeruabit amiciciam
qui totus pendet ex cupiditate ·
qui q̄ agit · cogitat · penſat · ꝓpa
vtilitate metitur · Nulla michi
credite racione ſuſtentabit alte
rius inopiam qui ſe iudicat egē
tiſſimū non precibus mouebit
non lacrimis non fletu per me
dias lugenciū erūpnas turmas
tranſibit · ipſaqȝ miſeroꝝ corpa
calcabit ad replendā ſue cupidi
tatis vaſtitatē acerbꝰ · impius
crudelis · Quāobrem eſt hic dig
nus cōmuni odio mortaliū pub
licus oīm inſectator atqȝ hoſtis
amouendusqȝ ab hominū cōſor
cio tamq̄ꝫ bonoꝝ omniū corrup
tela · ſeminariūqȝ maloꝝ · Nam
quid recti inter alios dicet qui
vt cetera omittā duo hec amorē
ſcilicet et beniuolenciā humane
ſocietatis vincula ſine quibus
nulla neqȝ priuata neqȝ publica
res cōſiſtit aufert a nobis · Qđ
q̄d eſt aliud q̄ꝫ perdere funditus
humanū genus · at ipſe pocius
delendus eſſet · ipſe e numero
hominū tollendus multis ciui
tatibus rei publice perniciosius

Iniquum eſt em̄ ei locum eſſe in
ciuitate quē ſi omnes imitarent̄
nullas omnino ciuitates habere
mus. nam ſublata beniuolencia
et amicicia diſgladiabunt̄ ho/
mines inter ſe: rapinis ⁊ cedibꝫ
omnia permiſcentes. ſed videte
queſo ꝙ̄tum hoc ſit malū et ꝙ̄
cauendū omni etati. Conſuetū
eſt eē homines in ſenectute pru
dēciores ſapiencioreſq; ꝙ̄ in re/
liqua vita. nā ⁊ vſu experiencia
q; rerū multaꝝ quas longa etate
tractant prudenciam et legendo
diſcendoq; ſapienciā ꝯſequunt̄
vt quo longius vixerimus eo
propius ad ſapiēciam ſoleamꝰ
accedere. Vnde quidam e grecis
ſapiencie auctoribus queſtus eſt
moriens tunc ſe exire e vita cum
inciperet ſapere. At hec peruerſa
labes ſenes potiſſimū inuadit eā
etatem expugnans cui ad ob//
ſiſtendū plus roboris ac virium
eſſe deberet. Eo autē imbecilles
mentes eoꝝ deducit vt quibus
minimū ſatis eſſet: nam paruū
eis iter conficiendū: eo querant
plura quo egent paucioribus.
Multa monſtra dicunt̄ a poetis
fuiſſe ī terris ſed auarus ſenex
cuiuſuis monſtri exuperat defor
mitatem. Nam ſi qua in adoleſ
cente videis auaricie ſemia hūc
fugias abhomineriſq; veluti hor
rendū portentum nature. Actum
em̄ de eo ſcias cuius adoleſcēcie
primicias libido peccunie occupa
uit. Verum vt tam faciem ⁊ pic
turam ꝙ̄dam auaroꝝ conſpicia
tis referam illos virgilij verſus
eximios quibus arpias deſcrip
ſit deſignās in eis naturam for
māq; auaricie: teneris mēoria vt
opinor. Virginei volucrū vultus
fediſſima ventris. Proluuies
vnceq; manus ⁊ pallida ſemper
Ora fame. Quis potuit pingere
elegācius formā ꝙ̄dā cuiuſpiā
auantis ꝙ̄ id viciū a v̓gilio ē ver
ſibꝫ expreſſū. Dixit volucris vultu
v̓gineo n̄ hoiez eē auaꝝ ꝫ mōſtꝝ
cuiꝰ ſub nutu humano truculēta
latet beſtia ad oē nephas para
Vultus v̓ginei teſtant̄ vireſcentē
ſemp cupiditatē. auget̄ em̄ coti
die ⁊ tpe ſumit vires: fitq; ī diē
recēcior creſcēs corpe decreſcēte.
vt nō infirmet̄ etate ꝫ validior
aſſurgat. Volucres finxit ꝓpter
velocitatē appetitus q̄ nunꝙ̄ qui
eſcit nunꝙ̄ ſedat̄. fert̄ em̄ ſemp
veluti rapidus torrēs ad opū ꝑ/
ueſtigacionē. Ventris vero pro
luuie immēſam ꝗrendi libidinē
notās ꝓprobauit haud iniuria
vulgatū eſſe hunc verſum. Aua
rus animus nullo ſaciat̄ lucro.
Nā ſtat ore patulo nō famelicꝰ
ꝫ rabidꝰ tanꝙ̄ cerberus propꝰ

ad excipiendū vorandūq3 q̄cq̄d
obiciatur · nulla habundancia
acquieſcens · fediſſimam quoq3
ait non ſolū ꝓpter obſcenitatē
vicij vnde et paulo poſt addit
fedaē omnia immundo contactu
ſed ⁊ ꝓpter auari vitam immū-
dam et ſordidos mores · Sunt
enī impuri · aſperi · ſqualidi · in-
culti · vt ⁊ veſte vtantur vt pluri
mū vili atq3 abiecta · ⁊ nō nulli
adeo expaueſcunt ad nomen ex
penſi vt refugiant eciā tonſorē
Vidimus quoſdā note auaricie
qui barbā capilloſq3 nutrirent
longius ꝙ ferret aſuetudo · neq3
enī deponerent niſi admoniti et
pudore conterriti · quos ſepe ſole
mus ridere cū ſe offerūt nobis
promiſſa ac ſuffulta barba ve
luti ruſticanos · At man⁹ vncas
ꝙ recte addidit ad mōſtrandū
auari rapacitatē · aufert · mutilat
eripit · extorquet · nullū tractās ·
ex quo non aliquid piloꝝ atq3
adeo cutis abradat · Nā ꝙ pal-
lida ꝓtulit ora fame nil potuit
dici verius · Primū conquerende
rei familiaris congregandeq3 fa
me torquetur · qne cū cura cogita
cioq3 in diem extenuat cū nulla
det̄ ſibi intermiſſio ab eiuſmo
di ſollicitudīe ⁊ quo plus creuit
pecunia eo magis ſuborit̄ mētis
afflictio · deinde bibendi edendi
q3 fame eciā maceratur quā raro
ſedat niſi vili et incondito cibo
Quomodo enī preſtācioribꝰ aut
precioſioribus epulis cenabit
menſam miſer ille · Fuit enī flo
rentinus vt aiunt nobilis · aua
rus qui cum eſſet opulētiſſim⁹
et duo porci in cenā aliquando
afferentur · iuſſit auferri alterū
ſeruariq3 in poſteꝝ diē caſtigato
prius verbis diſpēſatore tamꝙ
prodigo · Nobilis autē notus
quiſpiā delectari ſe ad modum
aſſeuerabat cepe et alleis cum
domi obſonaret · foris cū cenaēt
eiuſmodi rerū deficerat ⁊ ſapor ⁊
appetitus · Alter : quē honoris
gracia pretereo : cū eſſet aduerſa
valitudine grauis · medicus aūt
rogat quibus veſceretur cibis
carnibꝰ ait bouis aut vituli · Tū
reprehenſus ꝙ non pullis galli
nacijs vteretur · reſpondit non
conuenire morbo aut nature ſue ·
q̄ ſcz maiore precio parabant̄
Sed poſtmodū cum dono dati
eſſent ab amico qui id nouerat
neq3 is lōge abeſt auide ꝯmedit
Quid mirū igitur pallere eius
faciē cuius corpus eſurie abſu-
mitur anim⁹ tabeſcit cupiditate
Illud quoq3 non omiſit poeta
noſter arpie et veſtigia feda di
cere ⁊ tetrā vocem vt nullā neq3
factis eorum fidem neq3 verbis

auctoritatē adhiberemus a qui bus nichil niſi fedum ⁊ tetrum prodiret. Quod autem tres ab eo arpie afferuntur id puto ſuperbiam. crudelitatem. inuidiam qз intelligi voluiſſe. Non enim vnico vicio laborant auari ſed multa in eis accumulantur omni virtute expulſa. Sed tamen in eis inuidia vim ſuam exercet ex bonis alterius concepta. nam que aſſequi ipſi nequeunt perditum iri pocius cupiunt quam in noſtrum vſum relinqui. habetis auaricie veluti formam quandam que ſi oculis cerni poſſet magnum incuteret mētibus hominum terrorem maiuſqз portentum videretur quam deſcribantur arpie. Nam ⁊ ipſe virgilius antequam eos verſus proferret videns ſe non exequaturū verbis illarum vicioſitatem dixit Triſtius haud illis monſtrum nec ſeuior vlla Peſtis ⁊ ira deum ſtigijs ſeſe extulit vndis. Etenim quod maius monſtrum in terris poteſt quam eſſe aliquem predonem auiditate conflagrantem ſemper incubantem queſtui inhiantem auro. horridū. incultū. qui nullum refugiat lucrum. nullam norit amiciciam. querat. rapiat. laceret. extorqueat. qui cupiditate inexplebili etatē agat. qui opes ſiciens ſine intermiſſione pecuniam cumulet: cumulatam ſummo angore cuſtodiat. vita miſer. aſper moribus. ſumptu tenax. qui quocumqз tranſierit inceſſu ſui imprimat feditatem. hunc ego omnia herculis monſtra immanitate atqз acerbitate exuperare confitear. Itaqз ſi diligenter auarorum mores et naturam conſideretis iudicabitis profecto eos veluti monſtra gencium ciuitatumqз portenta ſemouendos procul a nobis proiciendoſqз longe aliquo: ſicuti purgamenta vrbium ſpurciſſima. vnde neqз fetore lederent neqз contagione nocerēt. Quicquid enim tangunt aut contrectant obſcenius aut fedius reddunt. coinquinantqз nō ſolum eos quibus cum conſuerunt: verum eciam ipſam aeris temperiem quo exalant ſpiritu inficiunt ac corrumpunt.

Hic cum finem dicendi bartholomeus feciſſet Quid nam cogitas anthoni andreas inquit. an te quid aliud mouet? vidi enim admodum te intentum dum loqueretur et neſcio qua in premeditacione defixum. Tū anthonius. Ego ne quid ſenciam queris?

Scite inquit dicta ſunt multa
a bartholomeo nc meo iudicio
ꝯtempnēda. In quo ſane laudo
ingeniū ſuū qui licet ſit occupa
tiſſimus in hijs moleſtijs curie
nō tantū ſtudijs impētitur tp̄is
vt hec nō omnino īpolite poſſit
dicere. Sed ea ſingula probem
ne an īprobem. multa que vidi
que audiui incertum me animo
reddunt. Verūptamen vt ita ſit
quemadmodū hic opinat̄. ego
tamen ſecutus morē achademi
coꝝ. qui contra ea que dicerent̄
diſputare conſueuerunt. afferā nō
nulla ſecus ac locutus eſt. que ſi
non accipiantur a nobis veſtrū
erit iudiciū. Ego ſane multos
cognoui non ꝯtempnendos ho
mines. qui nulla racione vnq̄
cum bartholomeo ſentirēt. qui
et rem me hercule grauiſſimam
reddidit leuiuſculā verbis ſuis.
culpam vero admodū grauem
nimiū depreſſit mole ſermonis.
vt ſi iretur in ſuffragiū populi
non dubitarē quin ferme aliter
ac nos eſſent iudicaturi. cum in
luxuriā multa ſint illiꝰ arbitrio
ac legibus ꝯſtituta iudicia: in
auariciā nulla. Sed tamen vt
nō iudicio populi diſceptemus
ſed racione. recte michi videor
poſſe dicē luxuriā multo fedius
crimē videri q̄ ſit auaricia. Illā
em̄ maius ac turpius viciū eſt
iudicandū ex q̄ animus magis
noſter corpuſq; labefactat̄ ⁊ cor
rumpitur. At certū eſt luxuriā
magis q̄ auariciā eneruare cor
pus ⁊ animū ꝑturbare. ergo ſit
vt luxuria nequius ſit vicium
eſtimandum. At vero luxuria ⁊
corpis ⁊ animi virtutes infrigi
ac diſſolui ſatis ꝯſtat. Licet em̄
luxurioſos oēs inſulſos effemi
natos imbelles neq; ingenio cō
ſiſtere neq; valitudine. Mentē
quidē ex ſuo ſtatu dimouet et
priuat raciōe. ex quo ſeneca pre
clare in ꝓhemio declamacionū
nichil eſſe dixit tam mortiferū
īgenijs q̄ luxuriā. Architas aūt
tarentinus vt noſtis nullā capi
taliorē peſtē q̄ voluptatē hoībꝰ
dixit a natura datā. hec eſt em̄
memorie inimiciſſima. aduerſat̄
ſtudijs lrāꝝ. quaſſat membroꝝ
firmitatē. ex viro mulierculam
reddit. ex docto ignaꝝ. ſtultū ex
ſapiente. nullū habens ꝯmerciū
cū virtute. Itaq; videbitis luxu
rie deditos nullius animi. nulliꝰ
vigoris. nullius prudencie. ve
cordes. ꝯtemptos. abiectos. At
auaros contra. fortes. prudētes
induſtrios. ſeueros. temperatos
et animi magni ⁊ plurimi ꝯſilij
Luxuria q̄z ſemꝑ nocuit. auari
cia profuit aliqn̄. Altera nulli

conceſſa etati altera quaſi ſocia
cterinina ſenectutis. atqꝫ in ea
non nichil toleranda. nō ſubuer
tit animū. nō exagitat ingeniū.
nō aufert ſtudia lrāꝝ et ſciencie
diſciplinā. Nā ⁊ in omni genere
doctrine excellentiſſimos ⁊ in re
publica preſtantes viros ſcim⁹
fuiſſe auaros. Reges inſuper et
egregios principes quoꝝ virtus
maxime claruit inter mortales
auaros accepimus. vt ſi alterū
mihi ſit eligendū malim auaꝝ
me ꝙ luxurioſum videri. Neqꝫ
eīm penderet aſſcribi in eo nume
ro in quo ⁊ reges fuiſſent. ⁊ doc
tiſſim⁹ philoſophoꝝ ariſtoteles
multiqꝫ preterea egregij in ſuis
ſtudijs viri phīe dediti ab lucia
no greco auctore fuiſſe enumerā
tur. q̄ꝫ tanta ē auctoritas tanta
dignitas vt nomen ⁊ maieſtas
ſine patrono debeat auarorum
cauſam ſatis tueri. Sed ſepona
mus auctoritatem quamlibet ⁊
qua arte qua ve racione dicatur
diſcuciamus. Putaſti primum
ideo auaros dictos ꝙ eſſēt o//
pum. eris. auri. argenti nimiū
cupidi. Qd ſi ita eſt vt cupidio
res pecunie appellent̄ auari: cen
ſebūtur rei hoc nomine omnes
Omnia eīm ab hominibus agē
da ſuſcipiuntur pecunie gracia:
ducimurqꝫ ſinguli lucri neqꝫ ei⁹
pua cupiditate. qd ſi ſuſtuleris
negocia atqꝫ artes penitus ceſ
ſabunt. Quis eīm vllū laborem
ſuſcipiet quis aget quitꝙ opis
in quo quidem ſit paululū diffi
cultatis niſi in eis premiū atqꝫ
vtilitas fuerit adiuncta? Que
quo maior oſtendetur eo paraci
ores erimus ad negocia ſubeun
da. vtilitatem quippe ſequunt̄
omnes. illam appetunt. illi ſtu//
dia imparciunt̄. Nam ſiue rem
militarem. ſiue mercaturam. ſiue
cultū agrorum. ſiue artes has
quas vocant mercēnarias conſi
deres. ſiue eas eciā q̄s appellāt
liberales videt̄ ſingulis ꝓpoſita
ingēs pecunie cupido. ob eamqꝫ
adiri labores et diſcrimina que
ſubimus. Quicquid tractamus
operamur. agimus. eo ſpectat
vt ꝙ multum commodi ex eo ca
piamus. quod quo ē vberius eo
afficiamur maiori voluptate. At
qui cum comoda noſtra ferme pe
cunia penſent̄: certum ē pecunie
hoc ē auaricie cauſa fieri omnia
Quid eīm vt de vilioribus exer
cicijs loqr quoꝝ late patꝫ finis
leges ⁊ iura tractantes. quid ali
ud ducit. quid aliud trahit niſi
pecunie cupiditas ingēs ⁊ lacior
lucrandi facultas? Quid item
medici q̄d reliqui q̄ ſeſe ad libe
raliū arcium ſtudia conferunt?

nonne questꝰ auiditate pelliciūᵗ
vt ꝗ primū facultatem suam in
mediū proferant : et sub voce
preconis actionē se bonoꝝ facere
testenť : resq; cognicione dignas
nullā aliā ob causam se pſeatos
ꝓfiteantur nisi ob auariciā hoc
est ꝓpter magnā auri et argēti
cupiditatē. Confer te ad sanctio
res disciplinas phiam scꝫ ⁊ the
ologiā. sciendi ne causa an pluri
mū lucrandi tanta ponit̄ in hijs
ediscendis opera. Quid loquar
de sacerdotibꝰ quoꝝ studia ma-
nifestius apparēt. Num aliud
spectant. querunt. ambiūt. sub
fidei velamento nisi vt paruo la
bore diciores fiant. Quāta non
sollicitudine ꝫ ipoꝛtunitate atq;
adeo impudēcia hec petunt que
vocant beneficia. michi autē aīe
maleficia videnť diuiciaꝝ gracia
Que q̄ sunt opulenciora eo ma
iorē in ea ꝯcursū atq; impetum
fieri videmus. nisi forsitan saluā
dam animā non ꝓpter vitā in
delicijs degendam ea tanto pere
putas expeti. Illi ipsi q̄ sub ypo
crisi hec se aspernari fingūt id
agunt vt non quesita ab eis ꝫ
vltro virtuti ac meritis suis da
lata esse videanť. plurtres licet
singula exercicia siue q̄ aīo siue
que corpore administranť nihil
vacuū reperies immensa cupidi

tate. Quicquid inter mortales
tractari vides : quicq̄d piculoꝝ
suscipi eo spectat vt inde aurū
atq; argentum exudatur. Qđ
michi quidē nulla videtur racōe
improbandū. Est em̄ peroppor
tuna ad vsum ⁊ ciuilē vitā pecu
nia. quā necessario aristoteles
īuentā tradit ad ꝯmercia hoim
seruanda resq; mutuo ꝯtrahen
das. Eius igitur appetitū si cul
pabis. culpes licet ⁊ ceteros q̄s
dedit nobis ipsa natura. Nam
quē te oro licet minus auri ar-
gentiq; cupidū potus cibi vesti
tus reliquarūq; rerū quibꝰ vitā
tuemur nō cupidū ac sollicitū in
ueies. Natura quidē inesse oībꝰ
aīalibꝰ sui ꝯseruandi appetitus
ex quo ⁊ ea q̄rimus q̄ ad victū
spectant ⁊ que ad tutelā corpis
ac cultū. At cum illa ꝯparentur
pecunia quid mirꝫ est nisi plane
secari scirre quidā esse velimus
si sim cupidus. si quero es. auꝝ
argentū. sine quibꝰ illa haberi
non possunt hoc est auarū esse
non est contra naturā auaricia
vt paulo ante dicebať. sed ipsa
natura indita atq; īpressa nob
veluti cetere cū quibꝰ nascimur
cupiditates. q̄ autē natura insūt
nobis minime sūt vituperanda
Nūc autē appetitū pecunie inesse
natum omnibꝰ fateatis necesse ē

Omnes ſiquidē quacūqʒ ī etate
quocūqʒ in ſtatu · honore · digni
tate fuerint auri cupiditate hoc
eſt auaricia tenenť auroqʒ gau
dēt tamꝙ̃ de re nobis ⁊ ꝯgnata
⁊ affini · Quere hoc in pueris le
tabunť minimis oblatis · quere
in adoleſcentulis · viris · ſenibꝫ ·
diuitibus · egenis · regibus · pri
cipibus · oēs eadē mēte letantur
pecunia · ſectanť diuicias · opibꝫ
delectanť · neqʒ aliā ob cauſam
niſi ꝙ ita eos genuit educauitqʒ
natura vt nocime pecunia ꝯpari
ea quibꝫ vita nr̄a aliť ac foueť
Cū igiť admonēte atqʒ hortāte
natura ꝯplectamur hanc cupidi
tatē nō eſt auaricia nobis vitu
perāda · At fuere quidā inquies
quos nullus huiuſmodi rerum
appetitus moueret · Extitere itē
quidā q̄ naſcerenť capite ſuillo
neqʒ tm̄ ꝓpterea non natura ceci
mur capite humano · Non ſūt ſu
menda nob̄ exēpla viuendi ab
inertibus rudibus et indoctis ·
neqʒ inueſtigandū quid peruer
ſitas ac inſulſitas aliquoꝝ hor
ridoꝝ atqʒ agreſtiū aliqn̄ egerit
Sed quid ſibi poſtulet hominū
ſocietas ⁊ vita ꝯmunis quam et
ſeruare debemus · Eſt illud prete
rea qđ in meā ſentenciā eē vide
tur beatus auguſtinus vir doctiſ
ſimus inter latinos in libro de
libero arbitrio aliquāto leuiꝰ ꝙ̃
tu ſcripſit auariciam · hec ſi vera
ſit diffinicio fateamur oportet
auaros nos eſſe natura · Nam
qđ omnes appetunt id a natura
emanare putandū eſt eaqʒ ſua-
dente fieri · At vero neminē repe-
ries quin cupiat plus ꝙ̃ ſit ſa-
tis · nullum quin velit multum
ſibi ſupereſſe · ergo naturalis res
eſt auaricia · Peragras ſi pla-
cet vniuerſam ciuitatem · forū ·
vicos · templa · ſi quis ꝯfiteať
ſe nolle vltra ꝙ̃ vſus eius ex-
poſcat putato te fenicē repperiſſe ·
Neqʒ tu michi opponas volo
vaſtos quoſdā atqʒ agreſtes ex
iſtis ypocritis ſcurriſqʒ circum-
foraneis q̄ ſub religionis ſpecie
aucupanť victū ſi̅n laboꝛ̄ ⁊ ſudore
ſūmā paupertatē ac reꝝ ꝯtemptū
pre ſe ferentes q̄ eſt eis queſtus
vberrimus · Non enim ex iſtis
ſordidis ac laruatis hominibꝫ
qui ſumma cum quiete abutunᷣ
noſtris fortunis ſunt nobis ciui
tates ꝯſtituende · Sed ex eis qui
ſunt accomodati ad ꝯſeruacio
nē generis humani cultūqʒ ciui
lem · quorū ſi quiſqʒ ꝯtempſerit
quicquid excesſerit vſum ſuum
neceſſe erit vt omittam reliqua
incōmoda nos omnes agrū colē
nullus em̄ ſeret niſi ꝙ̃tum ſibi
et familie fuerit ſatis futurum ·

vide q̄ta rerum om̄iū ſequeť
ɔfuſio ſi nichil habere velimus p̄
terq̄ꝫ qđ ſit nob̄ ſatis . Tolleť
vſus gratiſſimaꝝ populo virtutū
miſericordie videlicet ⁊ caritatis
nullus erit neq; liberalis neq; be
neficus . Quid em̄ dabit alteri
cui nihil ad dandū ſupeſt? quō
munificū ſe preſtare poterit qui
tantum poſſidet q̄tum ſibi ſoli
ſufficit? Auferet magnificencia
ciuitatū . tolletur cultus atq; or
natus oīs . Nulla edificabuntur
templa . nulle porticus nulla pa
lacia . Artes ceſſabunt omnes .
perturbacio deniq; vite noſtre ⁊
rerū publicaꝝ ſequeť ſi quilibet
eo qđ ſibi ſatis erit acquieſcet .
Sed cum ſcimus fuiſſe atq; eē
hoc appetitu fere omnes omniū
etatū . ordinū . nacionū . non ſolū
vt velint et exquirant que ſibi
ſint ſatis . ſed eciā ea quibus ⁊
ceteris ſuppeditare poſſint ⁊ ipſi
municiores exiſtant aduerſus
futuros caſus atq; īpetus fortune
Quis dubitabit quin ex ea du
bitacione ſint oēs auari exiſti
mandi . cum ex eis conſtēt ville
opida . ciuitates . ex quibus ſi
cenſes eos eiciendos addas ſane
deſerendas eē vrbes ⁊ euertēdas
Nā qui inhabitant illas expul
ſis auaris? nos quippe eiciemur
quoꝝ nullus eſt quin hac racōe
et cupidus ſit ⁊ auarus . vacua
ergo deſertaq; relinqueń cul
toribꝫ vicinia vrbiū tua hac ſen
tēcia . Sed quid ego in ſingulis
hominibus verſor? reſpublicas
prouincias . ciuitates . regna . q̄d
aliud dicemus ſi recte aīadūtas
preter publicā auaricie officinā
Que q̄a cōmuni exerceť decreto
ſumunt ex publico ɔſenſu aucto
ritatē . Queſo te rīti in tua veteri
illa romanoꝝ re publica atq; in
hijs eciā quas poſtea vidimus
tot vectigaliū varia genera ſub
ditis impoſita et onera inſueta
deuictis gētibus indicta . tot ex
quiſiti exhauriēde pecunie modi
ad replendā erarij vaſtitatē . nū
tibi liberalitatē an ſūmā auariciā
repreſentat? Cū dixit iugurtha
ille vrbē venalē ⁊ mature pituā
ſi emptorē inuenerit . num tibi
vnū aut alteꝝ deſignauit auaꝝ
an ciuitatē vniuſam? Si vrbs
illa erat auara in qua predicant
fuiſſe domiciliū ſapiēcie ⁊ v̓tutis
q̄d ſenciendū eſt de noſtris que
cotidie conſtituunt leges nouas
quibus ſubditi cuiſcereń . verte
te ad principes ac reges quid in
eis reperies niſi publica auaricie
teſtimoīa . nec ea pua ſꝫ ampliſſi
ma . Robertus cicilie rex maiorū
noſtrorū memoria habitus eſt
et dictus ad modum auarus .

Coaceruauit eĩm immenſũ auri
atq; argenti pondus · ipſe ꝑiſſi
mus fuit · Et quid illuſtrius eſt
eciã hodie illius regis memoria
fama · noīe · ꝛ rerũ gloria geſtaꝝ ?
Quē non tantũ ↄmendaret li//
bris ſuis franciſc⁹ petrarcha vir
excellenti ingenio et doctrina ſi
putaſſet auariciã in eo virtutis
laudē extinxiſſe · Quocumquo men
tis aciē deflexeris aſtabunt tibi
documenta haud vilia et ꝑuate
et publice auaricie vt ſi hos eſ//
times redarguendos vniuerſus
ſit tibi reprehendendus terraꝝ
orbis · totumq; humanũ genus
immutandũ in alios mores · in
aliã viuendi inſtitucionē · hijs
eĩm adeo inoleuit pecunie cupidi
tas vt non viciũ ſꝫ virtus pute᷑
Quid te fidiſſime ꝑter morẽ tuũ contriſtatũ aliorſũ ꝙ te decet vul tu voceqꝫ deicit: vt iã non idẽ qui eras videaris ? Eſt tibi vt ciui bono in plebe fame qd̃ ſatis eſt · apud magnates fa uor mediocris abſqꝫ iactura · eſt ſtudioꝝ induſtria: copiaqꝫ librꝝ quibus animũ regas curaſqꝫ ſo leris · ſunt amici quoꝝ vtaris ↄſilio rebuſqꝫ fruaris · quibuſqꝫ rerũ vt veri ſolent oia coia ſunt · honoris et rei publice rebꝫ neqꝫ religatus es nec onuſtus · fies fa miliaris ſi tui animi modeſtiam expertus ſũ tibi ſuppetit: vt neqꝫ preterat ad inuidiã neqꝫ ad ne ceſſaria tibi deſit · Eloquencie prudencieqꝫ melioris plures ſe quaces: paucos equales habes · ingenue natus es · egregie vitã agis · nulli obnoxius niſi virtutis inimicis · quibꝫ diſpliciuiſſe vera laus eſt · integer euo corporeqꝫ ſanus es · ſi non tuaꝝ ab vſu vi riũ ſponte inſanias · quo te igit̃ ĩpetu exagitas ? q̃d te maceras ? quarẽ floridã etatẽ ad ſenectutẽ intẽpeſtiue precipitas ? aut atro pos feſtinas officiũ remitentis ? non lenta veniet: vt eciã rapta fila non perfecta reſcindat · Age igitur vt fortẽ decet virꝝ · ꝛ vitã que breuis eſt decurre ſuauius · Clamat tragicus · Dũ fata ſinũt viuite leti · ꝓperat curſu vita cita to · hec eñ pars noſtra · neqꝫ ha bet amplius homo de labore ſub ſole niſi vt bene viuat ꝛ letet̃ ·

Bernhardus

Ita loqueris quaſi feciſſe ac dix iſſe ex equo ſit ·

Anthonius

Non ſic exiſtimo · ſed ad virtu tẽ ſolitis viris rectitudo rerũ faci litatẽ · iniquitas violenciã facit ·

Bernhardus

Homines nos ſumus: intra nos bellũ eſt illatũ · et q̃s ẽ qui ſemp victoriã ex hoſte iteſtio retulerit?

Anthonius

Non tu homo es vt grex hoim et fragil̄ multitudo paſſionū ſe cutrix: vez q̄ viros reliq̄s virtu/ te exupas: eadē animo impas.

Bernhardus

Vtinā tal̄ meū ſim q̄lis apd̄ te. ſ3 q̄leſcūq3: hoies nos ſum⁹ n̄ dij.

Anthonius

Etſi deos immōꝛtales deitate nō attīgimus diuinitatis tn̄ ꝑtici/ pes et imitatores v̄tus facit.

Bernhardus

Recte putaſti. nam q̄ heroicam ꝑtigerint celeſtem vigoꝛē diui naſq3 vires inueſtiūt. vt home ricū illud de hectoꝛē: quē dei pue rum nominabat. Et illd̄ maro nis Credo quidē: nec vana fides: gen⁹ eſſe deoꝝ. ſ3 vbi queſo ho/ die talis?

Anthonius

Si nō huiuſ3 tn̄ q̄ad poſſumus imitemur.

Bernhardus

Dicis vt ꝑhas ē. ſi vero par fa cis id opeꝛpreciū eſt.

Anthonius

Me ipſū iudicare errare eſt: id tn̄ vnum michi arrogo vt q̄liſ/ cūq3 ſim letus viuam.

Bernhardus

Felix es ſi nō letitie menſurā exu peres. Vita quippe iocundorū q̄ſi via lubrica eſt. q̄ in ea gradit̄ an̄ ſe vadit vt ſe cū velit n̄ retineat.

Anthonius

Vbiq3 ꝑiculū. vez in meroris q̄ꝫ in letitie ꝑtē effluē incōmodi⁹ ē.

Bernhardus

In vtꝛq3 h3 eutrapelia modos. locos. ⁊ tp̄a. tēpus eīn ridēdi et flendi. q̄ ſecus facit nō viri ſ3 io culatoris vacat officō. neq3 eq̄le in oīa q̄ per oēs mediū v̄tutis: ſi q̄d illo tp̄e deeſt iſto ſuꝑfluit.

Anthonius

Dixiſti ſane. ſ3 q̄d vite modū cō mutaueris ne me celes.

Bernhardus

Vt ſunt tp̄a ſic ſunt mores.

Anthonius

Incōſtanciam ꝑdicas.

Bernhardus

Imo virtutē pando. cū tempore morigerare animū.

Anthonius

Socꝛtē tibi obicio: q3 vix meo ſū fama loq̄tur. illi tn̄ int̄ adūſa ⁊ ꝓſpera ſimil̄ vultus fuit eadēq3 frōtis ſerenitas vt cū etiā cicutā mortis poculū iā hauſiſſ3 int̄ ex/ pectatā mortē deſperatāq3 vitam hilaritate ꝑi diſputās ꝑſiſtebat.

Bernhardus

Hoīez ꝓducis modeſtiſſimū ⁊ be atū q̄ rē ꝑuatā eq̄nimit ſꝑ habu eit ſ3 erroꝛē r. p. aliq̄n cōmot⁹ eſt vt ſuoꝝ ciuium iracundiā ſibiq3 mortē parauerit.

Anthonius
Jam intelligo quid mouearis·
in omni dampno tibi priuatã
meſticiam comparas·
Bernhardus
Et quis adeo ferrei cordis ē aut
ferino lacte nutrit⁹ vt publicos
caſus non doleat?
Anthonius
Scio doloris incitamenta ⁊ tibi
et bonis viris ſupeeſſe ⁊ quibuſ
cumq; rem publicã ſaluam eſſe
volentibus·
Bernhardus
Quid igitur me accuſes?
Anthonius
Quia preter etatē tuã ⁊ grauita
tem tanti viri id agis· neq; mo
dum ſeruas·
Bernhardus
In priuatis bene perſuades· ſed
publicos caſus quis lacrimis
coequabit?
Anthonius
In omnibus ab extremis decli
nare prudentis eſt·
Bernhardus
Expecta pauliſper queſo· veterū
volumina ne legiſſe recordaris·
Anthonius
Vtinã tam intellexiſſe ꝙ legiſſe
meminerim·
Bernhardus
Ex voluminibus illis victū te fa
tearis ſi perlegeris ꝙ acerbo aio
deoꝝ immortaliū rerūq; publicaꝝ
iniurias maiores nrī pertulerit·
Anthonius
In memoria habeo·
Bernhardus
Fateatis ergo neceſſe eſt illis in
iurijs non ſibi ire modū ſ; im
petū feciſſe priores·
Anthonius
Mente capio· ſ; rem ipſam pla
nius redige ad memoriam·
Bernhardus
In promptu eſt exemploꝝ copia·
Anthonius
Quin vnū ede dumtaxat·
Bernhardus
Scipionē affricanū audiſti viꝝ
clariſſimū cū hanibal triūphis
iam intumuiſſ; ⁊ romã obſidio
ne conturbaret quid egerit?
Anthonius
I quo cepiſti·
Bernhardus
Patribus ſpe deſtitutis cū de
linquēda ciuitate iã ꝯſenſiſſent
gladiū medio in ꝯſilio preceps
eduxit· publico iureiurando ꝯteſ
tans quēcumq; de ciuitate deſe
renda poſtea locutuꝝ rei publice
penas vitaq; dare· tãtoq; furore
fugitiuos viros retinuit·
Anthonius
Legi ⁊ apud liuiū ſic habet lrã·
Bernhardus
Quo pacto ergo in conſilio vbi

liber animus vbi modus pond⁹
q; ſeruantur acrimonia tã vehe
mẽti vir inclitiſſim⁹ irruerit: m
ſi qm̃ publice offenſiones mo//
dum auſteritatis humane p̃teri
unt. nec meſte ſatis defleri nec
acriter vindicari ſufficiunt.

Anthonius

Teneo.

Bernhardus

Preterea ex veteri teſtamẽto ſig
num habes cũ in offenſioẽ diui
ni nominis aut legis ſue blaſ//
phemia veſtes abſcindunt: q̃ſi
nõ ſolum egre iniuriam ferre ʒ
ob iniuriam publicã ꝗuitate re
licta inſanire videant̃.

Anthonius

Jam ↄcluſũ teneo qđ petiſti ſed
nec iniurias quib⁹ te ipſũ atter/
ris eiuſmodi etiam ↄgnoui vt
tãtos q̃ſtus tamq; immoderatos
gemitus excruciant.

Bernhardus

Eheus. que docti ſit et indocti
indigene et exteri ↄfabulant̃:
tu q̃ris q̃ſi neſcias.

Anthonius

Quid neſciã omitte. tu vero dic
qđ ſentias.

Bernhardus

Commune piculũ ex naufragan
tib⁹ q̃s ignorauerit.

Anthonius

Jgnorare omnia michi inſipiẽ
tia eſt. tibi ſcienti et interroga
to nõ reſpondere indignitas.

Bernhardus

Etſi infandum verbis renouare
dolorem me moueas: pergam q̃
velis.

Anthonius

Perge obſecro.

Bernhardus

Nunq̃ hominib⁹ vita magis
oneroſa: mors minus timeſcen
da q̃ michi regnicoliſq; noſtris
quib⁹ vitales ſp̃us tedioſa ſeru/
at dies: et iniquũ ſidus ortũ ap
ruit cũ rei pub. gloria excideret.
felices ſi ãticipata vita calamita
tes rei pub. p̃uenissem⁹. ſi morte
p̃uentos nos fatũ eripiendis ma
lis eripuiſſ; á in futurũ ad meli
ora natales dies lucina ẽſeruaſ
ſet. ʒ q̃ melioá ſperam⁹. etas no
ſtra q̃ pditiſſimos alit homines
nephandiſſimam poſteritatẽ ꝓ
mittit. ſi equidẽ natura vis ẽ in
ſita reb⁹ ex ſimilib⁹ ſimilia pcre
ans: quales nobis filios aut ſuc
ceſſores expectamus? Auream
etatem habuere priores. quam
poſteritas deterior in argente/
am primo in eream proinde vi
ciis commutauit. Noſtra vero
etas tantis polluta ſordibus.
infamia fetens. et puris animis
exhorrenda vix aliatum fecib⁹
ↄparata ſtercorea dici meruerit.

Fuit pridē apud nos galliacū no
men glorioſū· apud exteros ve/
nerabile· nunc ⁊ nobiſipſis gra
ues: ⁊ alijs ridiculoſi ſumꝰ· Ma
iores noſtri virtutibus ⁊ gloria
ſuis anteceſſoribꝫ hereditauerūt
Inuēta tenuere· augere retēta·
aucta perfecere· Nos vero ꝓſpe
ritatis noſtre prodigi inuenta
corrūpimus ⁊ corrupcionis inue
nimus additamenta· exarſimꝰ
bellis inchoandis· ꝯgendis erra
uimꝰ· defecimꝰ terminando· ciui
lia bella q̄to ſtudio aluerimꝰ ex
perimur· inteſtio autē igni mate
riā ſceleris ⁊ malorꝝ actiū ſulphu
ra miniſtrauimus· O fragiles in
perniciē gallorꝝ animi ac virtuti
pertinacit̄ reſiſtentes· Maiores
nr̄os alienoſqꝫ populos virtute
remiſſos olim bella corrupuere·
nos corrupere· illa repreſſere li
bidinē· hec expreſſere· illa vir
tutē hominū excitauere ſopitā·
hec molliciē prurientē exercita
uere· aliena virtus ī infirmitate
perficit̄· noſtra vero in infirmita
tibus infirmat̄· Fuit olim cum
noſtra res publica floreēt v̉tutis
honos ⁊ emeritos premia lau/
deſqꝫ manebāt· nunc ſole diui
cie premiū ſibi vendicāt· paup
tas exprobrabilis· ex publicis
ꝓuata agerere prudēciā dicimꝰ·
cōe es artificio raptum iri noua
quidē hominū ꝯiuracio eſt· Ex
terius hoſtis īpugnat: ſꝫ vicioꝝ
peſtis īpugnat interius· armis
gloriā querere· memoriamqꝫ ſui
longā facere viri bellatoēs pridē
cupiē· ⁊ ex hoſte ſpolia penetra
libus affixa filijs relinquentes
Noſtri vero tp̄is cōmilitones
incendia· cedes· ſtupra· rapinas
ſacrilegia· fraudes in memoriale
turpiſſimum et pernicioſiſſimū
ſpectaculū filijs derelinquunt·
Verte in circuitu oculos· aures
erige· ⁊ vndiqꝫ feda viſu auditu
qꝫ exhorrenda circūſpicies· pub
lice priuatimqꝫ oēs abutimur
Ius ⁊ iniuriā permiſcue habemꝰ
preeſt publicis rebus ambicio·
vt ꝓuatis proſit diuina huma
naqꝫ preter ordinē ꝯfundimus·
vt creſcant priuata ſacris aufe
rimus· Quis verecundia ſcelerꝝ
rubet? quis iudicij metu terret̄
licere credimus quicquid libue
rit· Sola pecunia colit̄· ⁊ caden
tis malleatoris opus adoratur
et quē laborꝝ finē ꝯſequi hijs ar
tibꝫ poſſumus? quis hijs mori
bus debet̄ exitus? Incēdiū faceſ
qꝫ parari noſtris manibus intu
ere quibus publica res ardeat
⁊ gallicis buſtū miſerabile rui/
neqꝫ flebiles tanq̄ noſtre igno
minie perpetua ſigna remaneāt
Cadunt bello ꝓceres· ruit pr̄ia

bella crebreſcunt · robur noſtre
virtutis paſſim diſperijt fundi
tus · meū ipſe reputo quicumqꝫ
hos dies letus agit q̄ſi qui p̄rīs
funus decantās pſequitur · ſine
igit̄ vt rei publice caſus indig=
ner: et cū res ipſa fletus ſuade/
at iocos ne fruſtra ↄmoneas ·

Anthonius

Durum ne adeo manet ↄpoſi//
tū vt ſecus q̄ꝫ ſentis nō audias?

Bernhardus

Imo obaudiā · et tedet et pudet
vt ſe tam triſtibꝰ letitie nomen
commiſceat ·

Anthonius

In hoc emergunt ſapientū ani
mi vt etiam dura modeſte ferāt ·

Bernhardus

Ego aūt in hac re moderari im
modeſtiam puto ·

Anthonius

Vbi et rei publice quid cōmodi
eſt vt cum ea pereas ·

Bernhardus

Vtinam pro ea nō cum ea · atqꝫ
ego diuinā mentē imprecor vt
camilli viri ↄſularis olim ſenten
tia fuit: ſi quid in rem publicā
noſtram grandioꝛis mali celeſtia
moliuntur in caput hoc in no=
ſtramqꝫ familiam expleant: dū
res publica melius habeat · non
eñ cathone ſumꝰ meliores: quo
nullus vir preſtantioꝛ ſua etate
vixit · qui rem publicā et liberta
tem offendi nō ferens vtica ꝓfu
gus ſponte interijt · nec vita no
ſtra marci curſij militaris viri
dignioꝛ quā ꝓ rei publice ſalute
redimenda pſoluit: cum in ꝓfū
dam voraginem romano in foro
eques inſilijt ·

Anthonius

Pie dixiſti · verum potius id e//
uitare quo et cōmuni et tuo peri
culo te eripias: et rei publice dū
locus eſt ↄſule ·

Bernhardus

Ita me mones q̄ſi in me publica
ſpes ſita ſit ·

Anthonius

Imo veluti p̄rem vtriuſqꝫ foꝛtune
inſiſto vt boni animi ſis: ac dū
de rei ꝑditione dubitat̄ de ani
mi ↄſilijqꝫ agat̄ ſalute ·

Bernhardus

In hoc ſolo obſequi poſſum vt
condoleam ·

Anthonius

Verū alios adhoꝛtari et verbo no
ſti ꝛ animo vales ·

Bernhardus

Quid ſurdis canamꝰ? pauci ad
rem pub · ſtudia ↄuertunt · nulli
ſe ipſos recte moneri patiunt̄ ·

Anthonius

Mirandum loq̄ris · ego aūt opi
noꝛ fruſtra bonis vti qui ſibi vi
uat ·

Bernhardus

Verax es· inſup ꝛ perniciosũ hũc
dixerĩ quí publica negligat· ſed
id iam ꝯmune viciũ eſt· Remqꝫ
defendit hominũ numerus vt
pro virtute habeat̃ publicis de
traxiſſe q̃tenus ꝓuatis addam⁹

Anthonius

Errorẽ ꝑniciosũ puto nã q̊ ãliqꝫ
priuatas copias in ꝯmuni egeſ
tate videris ibi rei publice no/
men deletum eſt·

Bernhardus

Jam ſentis quid michi moleſtũ
ſit hec eñ mali ſigna ꝓ̃ſagim⁹·

Anthonius

Signa hec vtinã nõ vere preſig
nent· nauis patitur naufragiũ
que felicem poſtea portũ inuenit
Non ſemper mergit caſus quẽ
preuenit periculũ·

Bernhardus

Congrue exemplificas· iã exem
plũ in te retorquebo ſi ad inter/
rogatũ hoc primũ mihi reñdeas·

Anthonius

Age·

Bernhardus

Naufrage nauis ſalutẽ q̃s ſpe
ret· ſi remigia confracta· ſi malũ
inaſũ· velũ feneſtratũ· gubernacu
la diſpercionata habeat?

Anthonius

Nullus·

Bernhardus

Sane equidẽ naufrage naui ꝓ
dictis deſtitute noſtra res publi
ca par eſt· prudenciã q̃ guberna
culis modũ poit ꝛ mediũ ductu
ꝯciliat nec intus habem⁹: ꝛ extra
ꝯtempnimus audiendã·

Anthonius

Abſonũ eſt· nam omnia prius
experiri ꝯſilio q̃ armis ꝛ prudẽ
cie iudicio q̃ fortune euentu ſe
curos facit· maximũqꝫ rei publi
ce tutamentũ eſt animus in con
ſulendo liber·

Bernhardus

Aliud quere incitamentum: hoc
euanuit· in praxi eſt qđ xerſes
perſaꝝ rex ſuis euocatis loq̃bat̃
Vos equidẽ ait euocaui ne ſol⁹
feciſſe viderer· ceterumptamẽ me
mẽto nobis parendũ magis q̃
ſuadendũ·

Anthonius

Magne calamitatis oſtendis in
iciũ· te aũt de exẽplo qđ ſupeſt
edicere geſtio·

Bernhardus

Abſoluã paucis· Remigia ꝓmũ
ꝯfracta gerimus ſi temperanciã
que qualitates aĩaleſqꝫ actus
ꝓporcionibus equat ꝛ motibus
temperat· mollicie ꝛ delicatis ſu
ꝑfluis diſſoluimus· Feneſtratũ
velũ pretẽdimus ſi iuſticiã aut
fauore relaxamus aut ſtrĩgim⁹
liuore· vt enim velum ad venti

q̄titatem aut ꝑtendit aut mi-
nuit · nauimq; libāt ad menſu
ram: ſic iuſtitia omnibꝰ equal' ⁊
ad omnes ꝯmenſurata corporis
politici cõſeruat eq̄tatē · Malū
inciſum erigimꝰ ſi generoſos vi
ros bella ꝯſtrauerit aut virtutē
fortium animoꝝ illecebre moreſ
q; corrupti fregere · Nob' dum
hec inſunt etiam ſalus ipſa ſal
uare ſi cupiat nō poſſ; ·

Anthonius

Deſine vltra puctari iam lacri
mas exauſſit dolor vbiſq; viam
ſuſpiria ſtringunt · ſtimulatur dic
tis abditus corde gemitus · mo
dernus p̄grauat metus · futuroꝝ
ꝑna eſt timeri ſemꝑ in peius fi-
des · Spem eciam q̄ vltima om-
niū deſerit infelices ne ꝓiecerit:
ſepe em̄ ſalus fuit salutē ſperare ·

Bernhardus

Fragile ſolatium vbi omnia pre
ter ſpem deficiunt ·

Anthonius

Certe ⁊ verā ſpes eſſe poteſt ·

Bernhardus

Imo vera eſt ·

Anthonius

Diis equa poteſtas vt olim fu
it · et poterit mitigari celeſtis ira
et fortune vultus immutari ·

Bernhardus

Probe dixiſti ſi mores ꝯmutaue
ris · Saluſtiū audiſti quid dixe
rit · Si te ignauie ſecordieq; de
deris fruſtra deos implores: ira
ti infeſtiq; ſūt ·

Anthonius

A parente meo in ſenioꝝ cena te
nui et a puero doctus ſum · gra-
ues diſcordias ſepe regna noſtra
vaſtaſſe nō ꝑdidiſſe ·

Bernhardus

Vtinam nūc par eſſ; ·

Anthonius

Ille maiores et ſtrepitu ⁊ armis
et pniciosa vaſtitate feruntur et
horridiores bellis ·

Bernhardus

In ſupficie iudicas ⁊ falleris ·

Anthonius

Cur fallor tu iudica ·

Bernhardus

Que tu narras viroꝝ ⁊ priē cul
tū vaſtitati dedere: hec mores et
aīos arma ſuſtulerūt · hoīes bel
lis āterioribꝰ p turmas deuicti
ſūt · hoc mō ciuili bello vtus ſue
cubiut · vitia victorioſa triūphāt
Non em̄ hoīm morte regna pere
unt ſ; hūana impietas ſcelē tol
lit · gnacões ꝓuida natuā reſtau
rat · neq; dominia firma corporū
fragilitas humana ſ; celica vtus
que dei donū eſt ⁊ ab eternis ce
ta ſedibꝰ terrena ſtabilit · q̄tam
q; pte ſue claritatis accipiūt tm̄
et duracōis a ſua eternitate par
ticipant ·

Anthonius

Profunde nimis inueſtigas.

Bernhardus

Profund⁹ dolor grande ingeniū facit. et duris in rebus argucia maior.

Anthonius

Licet ne amplius perſcrutari q̄d nobis ciuile bellū plus q̄̄ alia bella ſuſtulerit?

Bernhardus

Apte ad materiā que ⁊ merorē prouocet ⁊ queſtus lacrimoſos aperiat.

Anthonius

Progredere vlterius.

Bernhardus

Non rerū tanta iactura q̄̄ta hominū: neq̄ȝ hominū q̄̄ta aīmoꝝ Nos res ⁊ populos ſimulq̄ȝ conſiliū amiſimus miſeri.

Anthonius

Conſiliū forſitan ad tempus reliquimus. nō amiſimus dū ad id reuocata mente vertamur.

Bernhardus

Varíis coloribus duceris nec argumenti metam expectas.

Anthonius

Fare quod ſupereſt.

Bernhardus

Concede ergo paululum verbis morā. inde euagare quo velis.

Anthonius

Tuū ammodo ſit dicere, michi audire imperabo donec ſileas.

Bernhardus

Habuere greci quondam lr̄as ⁊ ſtudia. viuendi ſapienciā. dicendi genus. militandi diſciplinā quibus orbe ſubacto precellerēt. Illa eadē ſuſtulit a grecis romana induſtria que ad romanos mundi gloriam et populorū ſeptrapſit imperium. Comes namq̄ȝ virtutis preclara poteſtas. ⁊ quo ſe virtus tranſtulerit ſequunt̄ imperia. inde vt rerū viciſſitudo ē lr̄as ⁊ ſtudia grecoꝝ leges vite miliciēq̄ȝ modū ab illis populis diuina voluntas aut proauorū merita ad nos trāſtulerīt. Illos artibus virtuteq̄ȝ relictis tanta ex arce corruiſſe mirāmur. Floruit poſt illos noſtra res. p. ⁊ in reb⁹ pacis ⁊ belli nomē magnificauit. viros habuim⁹ ⁊ corpe magnos ⁊ aīo fortes. ſublimes ingeīo. ſermone graues. ⁊ ope magnificos quos virtutis amor ⁊ moꝝ oppoſicio nobis genuere preclaros. Eheus ⁊ reꝝ ⁊ morū mutacione fortune fauorē a nobis euulſum agnoſcim⁹. parui os eteīm hoīes corpore ſed aīo minores. intelligencia terreſtres. verbis molles et opere fragiles enutrim⁹. negligunt̄ lr̄e. qui ſapit ſibi ſapit ⁊ in ſapiencia ſua eſurit. per fortunā ⁊ temeritatē ad rei publice

magiſtratus aſcendit. Vnicuiq; tantū licētie ē q̄ⁿtum audacie. vn decuiq; habere vite lex ē. et diſciplina militū abſq; ordine quō do libet euagat. Ex aliox̄ periculis nobis pſpicere facile eſt. et quoniā priores v̄tutis penuria corrue: arbitrai nos ſtaē demēcia ē. Fleuiſſe legi philoſtratū grecox̄ egregium q̄ndā cū tulliū in ociōne perorantē attendiſſ; q̄m grecam eloq̄nciam vir romanus exurpabat. Non impie igit̄ qui rei pub. bona velit euaneſcentē virtutē defleāt. Illa eīn ſola imperat. ſola felices facit et ſecuros populos. Iniq̄ imperia nunq̄ⁿ retinent diu. ſolidū eſt q̄cquid virtute roboratꝰ: et q̄ libertatē velint racioni virtutiq; ſeruiant. Jam dicendi finē facio ſi nos virtus fugit ruina perſequitur.

Anthonius

Perdocte enucleaſti nr̄e fomenta calamitatis. vnū expectabam vt ex g̅nē ad ſpecialiora deſcenderes. et cupio mali tāti radix tenacior que ſit edoceas.

Bernhardus

Ex ſacris litteris habes quoniā radix omniū malorū cupiditas: ſub cuius nomine diuiciarum fames et ambitus poteſtatis clauduntur.

Anthonius

Jd ſcio quoniam auaricia latrocium indagatrix lucrox̄ eſt. manifeſte prede auidiſſima vorago. neq; habendi fructu felix: ⁊ querendi cupiditate miſerrima. ambitum noui qui ventoſam gloriam et honores ambiat immeritos. Jlle pecunia periculū ⁊ magnitudīe ſibi caſū p̄parat. ille iuidiam nutrit degenerē: que maximis genita palacijs ſup̄mis ſemper reb⁹ aduerſatur. ſed iniuſtiſſime q̄cumq; imperio malos homines et ambitus reos ⁊ auaricia corruptos olim inuenimus. hec enim vitia cum regnis annexa naſcunt̄. aduerſum hec cōſtituti qui publice preſunt. qui ſi tollanꝰ magiſtratus et pretoris vacabit officium. res eadem nunc eſt vt pridem. hec ipſa peſtis cum ſupremis certamen habet imperijs. vincenda eſt igitur.

Bernhardus

Rem faciendam loqueris: factorem obmittis.

Anthonius

Conſularium virorum ſollicitudo hec eſt vt vicia que rem publicam opprimunt ipſi reprimant.

Bernhardus

Abſurdum ne putas vt qui ſunt victi de victoria contendant?

quā enī ſeipſū cupiditate ſupauit mala quo pacto aduerſus cupiditatē victus rebellabit ?

Anthonius

Leges ſūt vbi hoīes ingeīo pūo preter equū oberrant·pena metuq; in rectum callem reducant ·

Bernhardus

A ligando lex nomen quondam aſſumpſerat·ſed vt lex ſit nunc vix legiſſe ſatis erit · princeps ipſe aīata lex eſt:cuius equitas leges viuificat:a eiſdē rectificatur regentis iniquitas · ſalubre populis iuſte legi eſt ſubeſſe·ſed ſalubrius eſt bono rege regi· ſic qui rem publicā curāt ex lege bona optima faciūt·cū auctoritatē ſtatuentis adimplentis ſequit vtilitas · michi nunc ob tuū de legū ſeueritate ſmonē in mentē venit q anacharſes leges hoīm araneax telis cōparabat·q̄ puas quidē muſcas retinēt alligatas ſed aīalia maiora tela diſſoluta libere euadūt ·ſic exiguis hoīb penā legis ſoluere imperant qui ſibi ip̄ſis ſoluende legis licenciā vſurpant ·

Anthonius

Vehementer admiror ſi vera loqueris hominū imprudenciā ·

Bernhardus

Rem in oculis habes et vſu iam velut conceſſa preterijt ·

Anthonius

Aſt ego inter ea q̄ de re publica precipiunt id in primis teneo vt nemo honeſte preſit qui nō iuſte ·

Bernhardus

Id ſencio·ſed ridicula res eſt & turpe rei publice ſpectaculū ſi viri polluti in ſublime reſideāt q̄ſi eox vicia ſpectanda in circuitu populis exhibeant·viuit exēplo mobile vulgꝰ moreſq; & fortunā proſequit potentū·nec inſtituta tam recte imprimunt edicto q̄ vite gubernantis exemplo·q ſi maiores ꝓprie dignitatis viciatores ſint erūt aliene integ̃tatis corruptores · minimꝰ quiſq; peccat ſibi·ſed q̄x vita ceteris ymago eſt cū peccāt omnib peccāt ·

Anthonius

Omnes ad rem publicā capeſcēdā hanelant:ad virtutē pauci· ideo pleriq; rem publicā abſq; virtute attingūt ·

Bernhardus

Quicquid inueniūt publica nō querūt quicūq; ſine vtute cōmunem induunt maieſtatē ·

Anthonius

Forte euenit vt in cōe bonꝰ ſit q̄ eciā priuatis vicijs irretitur ·

Bernhardus

In hoc cōparata ē natura bonox vt nulla bona inuicē diſcideāt

aut malo ꝯſonent· mala malis
poſſunt eſſe ꝯtraria·

Anthonius

Recte ꝯcedit᷑·ſed ex vna virtute
aliam ſequi non eſt conſequen
cie neceſſitas· ad tēperatum eſſe
non ſequit᷑ eſſe iuſtum· neq꞉ q꞉
iuſtus ideo fortis·

Bernhardus

Proterue euadis neq꞉ michi re
ſpondes· ex logicis elemētis di/
diciſti q꞉ ad vniūſalē ꝑticularis
ſequit᷑ non econtra· qui ergo in
cōmune bonus eſt ad ꝑticularia
prauus eſſe non poteſt· recto gra
du ad rem pub· ꝑ virtutem iter
oſtendit᷑ ideo virtutis officium
publice rei beneficium preuenire
neceſſe eſt· dum enim ꝓpriis affec
tibꝫ vir nō dominatur quo pac
to aliena moderabitur· ꝓpterea
ex ꝑentū doctrinis optimi edu/
cunt᷑ viri· ex optimis aūt viris
commodiſſimi ciues efficiunt᷑·
ex cōmodiſſimis ciuibꝫ ꝓbatiſ/
ſimos eligi licebit: q̄rum mode
ramine res pub· felix creſcit ⁊ fe
licior ꝑſeuerat·

Anthonius

Commune rerum moruq꞉ vela/
men eſt ⁊ eo communiter vtim᷑
q꞉ armoꝝ ſtrepitus leges exau
diri ac vitioꝝ cum bella gerunt᷑
Frequens copia virtutē exerceri
nō ſinunt·

Bernhardus

Peccarē volētibꝫ q̄cquid placet
ꝑſuadet· ⁊ q̄ verecundiā flagicio
rū reliq̄re ad pcci regimē menda
cia ſumūt· Leges eo ꝓſtantiꝰ de
fendi oportuit ⁊ acus obſeruari q̄
vehemēciꝰ ferro impugnant᷑· vir
tutē augē ſtudioſiꝰ licet vbi cū
victis ćtamē agit᷑: neq꞉ ſiñ ꝯtrarie
tate virtꝰ ſplendebit cū circa dif
ficilia ſint ars ⁊ v̄tus· ex inſenſa
tis ſume iudiciū· nā vnū ꝯtrariū
alteriꝰ ꝯpōe roborat᷑· in bello ob
eā rē leges rigidiſſiās ⁊ acrima
legis incitamēta nob̄ exēplificauē
ꝑores· taceo q꞉ ꝓuis i rebꝫ ſpreta
militaris diſciplina ḡuiſſiā ſuppli
cia decreuerit: in q̄bꝫ maximū pec
cādi genꝰ dāpnū ſequi· ſupplicij
maximi metu ꝓuidiſſiē ꝓuide·

Anthonius

Obſecro dū rei dignitas ocijq꞉
tps ꝯueniūt q꞉ de optimis ciuibꝫ
ſmonē traxiſti vti q̄ rei p·ꝓſidia
ſint: q̄s tu optimos ciues et rei
pub· dignos deſignes doceas·

Bernhardus

Qui diuina colat· hūana mode
ret᷑· vacet honeſtis· iuſtitiā ſer
uet· neq꞉ ſe ſibi ſed rei publice
natum attendat: hunc ergo me
rito magiſtratibꝫ preficiendum
dixerī· nō eñ impia ꝑ ſe ſubſiſ/
tunt ſꝫ a deo ē oīs poteſtas· No
uit q̄q꞉ ſecta celeſte aliq̄d venera

thura adolere·sacrificijs numīa
placare·⁊ quicq̄z diuine maieſ
tati religioſe ⁊ ꝯſtant famulanᵗ
aliis facilit̄ imperāt·Modeſtos
nichil precipitat·tenax honeſti
nullis tenet̄ illecebris·iuſtus
nemini nocens ⁊ cunctis officio
ſus erit·⁊ q̄ publicis curis mentē
animūq̄z dedit iā ſeipſū exuens
vniuerſalē vir̄ induit:nō homo
vnus ſed oīs in oib; effectus ē·

Anthonius

Pulchre de morib; optimi viri
diſſeruiſti ſ3 pauliſper obſecro
in rei·p·cura moremur·illic eñ
et ſcire vtilimū ⁊ delectabile p̄
ſcrutari·dic igit̄ quibus in reb;
publici zelatoris op⁹ eminebit·

Berhardus

Si ⁊ bona patrie auxiſſe ⁊ mala
in ſe tranſferre voluiſſe ſtuduerit
Illi etenim feliciſſimi viri q̄s an̄
ꝯmendauimus·qui ſibi mortē
p̄ rei publice vita in vnius hoīs
interitu omniū parauere ſalutē·

Anthonius

Difficillimū illud ⁊ rariſſime vir
tutis opus·nā vnicuiq̄z innatū ē
dulcē vitā q̄ꝫ longiſſimā ſeruarē·

Bernhardus

Patrie patribuſq̄z nunq̄ꝫ ſatis
datū eē poteſt·a patria ⁊ parēte
vitā accepiſti·vitā illis debes·
quin ⁊ vite periculo alligaris vt
rei publice neceſſitatē q̄ꝫ maxie

duraturā ſerues·hac eñ lege bel
la licent·hoc mortis genere ſin
gulari viuit res publica·et quā
fugim⁹ nos patres noſtri dixere
glorioſam·

Anthonius

Noſtris moribus aliena res ē·
vt homines viuūt ſic loquunᵗ·
Viuere cupimus oēs diutiſſime
quare aptiſſime de hijs que vi
uendo fiunt colloquemur·

Bernhardus

Infeliciter viuit q̄ vitā ꝯmuni
dāpno redemit·⁊ honeſta mors
beaciores facit q̄ꝫ turpis vita·

Anthonius

Non eadē hominū corpa neq̄z
par ingeniū vt oli·preſens etas
et alios animos et alia patitur
documēta·de hijs dicto opus ē·

Bernhardus

Quid tu me dictur̄ velis quod
non ſis auditurus·

Anthonius

Noſſe velim q̄ in te preter vite
dāpnū viri v̄tus in cōi luceat·

Bernhardus

Exteriorē fortunā queris ⁊ exte
riori bono tibi ſatiſfaciā·qui eñ
ſibi parcus eſt vt amplitudo rei
publice ſequat̄ hunc ad moder
nos mores comparatū ſupreme
laudauerim·

Anthonius

Paucos h3 hec ſecta diſcipulos

Bernhardus

Doctores olim multos habuīt. et fuere qui ꝓprijs detraherent vt publicis adderēt. alij ſue do/ mus ſue familie ſpreuē augmēta vt in cōmuni detrimenta vitarēt Valeriū publicolā ſpectes q̄ pro prias edes apparatūq; cōminuīt ne pub. rei fieret oneroſus. ſi vō de gloria que virtuti vicinior ē exempla velis fabiū habes maxi mum cōſulē qui oblatū filio cōſu/ latū repulit: ne eadē familia fre quencia magiſtratus ancellēt.

Anthonius

Remotiſſima et nr̄is gallis ſtupē da ꝓducis. id ei maxime negas quod maxime volunt.

Bernhardus

Et id minime volunt qd̄ maxi/ me debent. quo eñ quiſq; maiorā cepit ex publico maiora debet.

Anthonius

Tāta ſuauitate animos irretit honoꝝ ambitus q̄ſi oſſibꝰ here/ at. eo more adducti viuimꝰ vt oēs ſibi maiora ꝛ meliorā q̄ꝑ alteri velit

Bernhardus

Nemo bonus ſibi meliora puta bit que rei pub. detriora ſūt. vt ſunt mores ſic opiniones q̄ dū ſibi bene eſt rē pub. male habere nō credunt. ego viceuſa eſtimā dum cenſeo dum r.p. male ha/ beat nulli bene eſſe. quis inter cō

uiuas ſplendide epulatus: pur/ pureis ſtratis inſidens: odoratꝰ aromate: muſicis lenitus: in cā dēte domo letum ſe felicē q; dix erit? quos honores ſaluos tibi credas cum patria peat?

Anthonius

Dicent. ſalutē rei publice multi volunt: noſtre vero familie nos ſoli ſtudemus. vn̄cumq; rei pub lice ſalus erit: in nob̄ ſolis ſpes noſtra. nobis igiē maxime dum opus ē ꝓſpiciendum.

Bernhardus

Affectatā ignoranciā ēſpondes. qui eñ ſedes excelſas tenaciter cupideq; ſeruāt eas ſepe impro uide turpiterq; pdunt.

Anthonius

Reſpondent. qd̄ aduſa ferret for tuna paciendum erit. interī vero dum ꝓſpera ē vtamur aiūt. et ſi obmiti ꝓdeſt dum q̄s nob̄ diui cias et honores magiſtratus au feret vitā auferat.

Bernhardus

Huiuſ ſatis ē m̄ vt oia fortuā ꝛ affectatis deſiderijs ēgi feteais.

Anthonius

Sic vitā inſtituit hominū nr̄s. vt et aīoſum qddam opꝰ laudēt ſucceſſuq; gaudent o pris.

Bernhardus

Vera ē tragedi ſentētia. ꝓſperū ac felix ſcelus virtus vocatur.

ſed nemo ſe tuto periculis tam
crebris offerre poteſt · quē ſepe
tranſit caſus aliqñ inuenit·

Anthonius

Nil de ſe non exiſtimat fallax
gloria · vt qui honoris ſplendorē
euaneſcit ſe ſibi ſecurū ſeruare
pollicetur quaſi fortune imperet

Bernhardus

Saltim q̄s non preſens gloria
preterita alioꝝ ruina perterreat·

Anthonius

Caucio futuroꝝ nulla · p̄teritoꝝ
multa obliuio · ſolꝰ preſens agit̄
dies · dū tute pretereat alterq;
ſuccedat fortunā viciſſe putemꝰ

Bernhardus

Putas ne hoc prudentis viri
officiū eſt?

Anthonius

Immo et moderna ſapiencia p̄
dicat̄ hoc agere · vt homines tē
pus pretereant: viuāt cum tp̄e·

Bernhardus

Caueāt illi ne tempus p̄tereāt·
nō recte ambulat qui viā an̄ ſe
longe non proſpicit · ⁊ qui ſemi
tas reſidui itineris minus ꝯſide
rat paciet̄ offendiculū: quoniā
exitus reꝝ metiri vera prudēcia ē

Anthonius

Alterius partis homines alteꝝ
viuendi genus inueniūt · vt mo
res et leges hoīm inter plagas
terrene rotunditatis varientur
ſic cū tp̄e altero altera ē vita ·

Bernhardus

Fluunt tempora · fortune locis cō
mutantur · alterantur homines
ſed prudencia illa directrix ⁊ au
riga virtutū rerūq; moderatrix
manet incomutabilis · ſemꝑ ea
dē · eterna · immenſa · diuini vi-
goris · ſine qua rebus humanis
eſſe ꝯſtancia non poteſt · ⁊ ſi ab
hominibus deſeratur in ſe tamē
integra perdurat ·

Anthonius

Antiquā prudenciā deſcripſiſti·
nouāq; inuenimus · tua affectꝰ
hominū ad rei qualitatē boniq;
menſurā coequat · Noſtra vero
viceuerſa res et rerum fines ad
noſtra deſideria ꝯmenſurat ·

Bernhardus

Fallax et fragilis atq; ficta eſt
illa verſucia quā tu prudenciam
dicis · ⁊ homines ſui ignorancia
in mortes turpiſſimas ꝑua arte
perducit · p eius tramites impii
regū aulas aſcendunt · quos in
ꝓfundiſſimas carcerū tenebras
demergit · hoc gradus faciūt qui
bus ad horrenda ſpectacula ⁊ ſpi
culatoꝝ ſecures aſcendit̄ · cuius
exaltacio precipiciū ē · ſūmitas
ruine principium · honos vulgi
improperia · finis frequentiſſi-
mus mors inhoneſta ·

Anthonius

Queſtiunculam vnam ſi te nō grauet ſermonis ꝓlixitas inſup oro vt diſſoluas.

Bernhardus

Non michi delphicū oraculum vt ad omnia reſpondeam.

Anthonius

Si nō vt difficultas exigit tam̄ q̄tum ſufficit facultas edoceas.

Bernhardus

Docere ſapiētibꝫ et doctis oceſſū ē cūctis aūt iuxͣ opiōez dicē.

Anthonius

Nō ſentētiā expecto ſꝫ diſputacōz

Bernhardus

Tu vero dic quid dubitas: ego quid ſentiam.

Anthonius

Videre michi videor ōſimia regna hiſdem vicijs laborare p̄uiſq; artibꝫ homines vbiq; malignari neq; tū tantis affligi penis q̄ ſimili crime ꝓpe eſſe. ſi vera igitur dixiſti cur pari pc̄ō nō eadē ſupplitia reſpondeāt?

Bernhardus

Quid apud exteros agaꝰ iudicet deus: nos vero q̄ ſentimꝰ iudicemus.

Anthonius

Attamē ita fama habet. et nos alioꝝ populorum ſcelera audimꝰ ſentimuſq; nichilominꝰ ꝓſperari eos.

Bernhardus

Os in celum ponis et teſta mare conaris exhaurire cū de iudicijs immenſe diuinitatis otendas. extollit ſepius vt dep̄mat. in altum tollit iniq̄s vt ꝓfundius p̄cipitet. patiꝰ ꝓſperari vt improperia iuſtius infligat. bellis ꝛ peſtibꝫ terram p̄uis hominibꝫ expurgat ad ſanitatē.

Anthonius

Sed ꝛ boni q̄ plures ſimul intereunt cū peſſimis.

Bernhardus

Qui in ſua iuſtitia moriūtur in eternitate viuunt.

Anthonius

Quō ſi ſoli impij morte tollanꝰ ꝛ diuina iuſtitia magis elucebit.

Bernhardus

Neſcis q̄ iuditia ſua lōge occultauit ab hoībꝫ ꝛ velut abiſſū mltā facit illa vt lateāt. raro eñ i oculꝭ eiuſ dē hoīs pc̄m ꝛ pea. ꝛ q̄ videt pc̄ores gloiari q̄ pati iuſtos forte morte p̄uētus nec hoꝝ ſupplitia nec hoꝝ p̄miū aſpiciet. lēto ei gꝰdu ad vindicā ꝓcedit deꝰ ꝛ ad remuneādas iuſtitias diſſimulator ē. expectat ei hoꝝ pniaꝫ hoꝝ ōſtātiā lōge ꝓbat ſꝫ in publicis offenſ ōē flagellū ſuſcitat dn̄s. hos occidit q᷑ peccauerūt: illos q᷑ nō ſe oppoſuē peccantibꝫ. hos e medio tollit vt contagione peccatorum non putreſcant.

alios iuſticiā ſectantes corrigit
non vt culpā puniat ſed vt ad
vitandū culpā p̄muniat · Curās
medicus cū putridis humoribꝫ
bonos vt plurimū ſimꝉ expellit
humores · debilē reddit paciētē
vt illū poſtea in vigorē nouum
reformet · ſic quid deus cogitet
ſuper regna ignaros homines
relinquit · comedunt hij ⁊ bibūt
et in pace ſua gloriantur · ⁊ ecce
repente venit ira dei ſuper eos et
mala que non preuiderant · De
regnis igitur exteris quid ar-
gumentaris q̄ꝫ ab omni ordie
virtutis nos longius abeſſe cre
diderī qualeſcūqꝫ tamē ſint · idē
deus eſt qui nos affligit · illos
autē ſuſtinet ne cadant · ſed dū
veneit tempus viſitacionis ſue
ſi peccauerunt in eū ⁊ ſubtraxit
brachiū ſuū ab eis erūt ſimiles
nobis · tempora vero et momēta
iudiciorꝫ dei in patris poteſtate
ſūt · nec noſtꝝ ſcire aut indagari

Anthonius

Peccauerunt maiores noſtri ⁊
afflicti ſunt per tempora · non tñ
prope ruinā adducti de qua in
principio noſtre collocucionis
lamentabaris ·

Bernhardus

Reuerſi ſunt ⁊ miſertus eſt eis ·
nos in peccatis noſtris veteraſci
mus · penitenciā eiecimus de cor
dibus noſtris · et non eſt rubor
in fronte noſtra · ppterea forſitā
eiecit nos deus a facie ſua ⁊ au
tit oculos vt nō videat · obdu
rauitqꝫ aures vt nō intret in eis
noſter gemitus · vide quomodo
gentē iudeorꝫ elegit olim ſibi do
minus in peculiarē populū dedit
qꝫ eis benedictionē ſup omnes
gentes · ⁊ pepcit iterato iniquita
tibus eorꝫ · tandē vero penituit
eum ⁊ reliquit eos vt perirēt in
adinuencionibus ſuis et nūc in
ſeruitutē vagantur ſuper faciem
terre · Nos autē pre ceteris xp̄ia
norꝫ populis maiora ſumpſimus
de manu domini ſi dei timorē in
grati deponimus maiori noſip-
ſos ſupplicio dampnamus ·

Anthonius

Et quis adeo petulans aut ſibi
ipſi cōfiſus erit vt deū nō timeat ·

Bernhardus

Que nos ignoramꝰ ⁊ ſpernimꝰ
quomodo metuemus ?

Anthonius

Ignorare deū quis niſi mentis
inops poterit ? a quo viuimus
et ſumus · fide enī et timore dei
regū noſtrorꝫ thronus fundamē
tum accepit eundēqꝫ ſeruata re
ligio cōfirmauit · dicāt clodoneꝰ
clotarius · dagobertus · puppinꝰ
karolus magnus huic veritati
teſtimoniū · qui cū fide ⁊ deuocōe

reges ceteros precellēt maieſta
te imperioq; metuē fieri celſio/
res: antiquoꝝ fuit ſentētia· qm̄ fa
cile hijs artibꝫ imperiū retinet:
q̄bꝫ ab inicio ptū ē· Eſt igit dif
ficile retinē īpiū; ſi ꝯtrariis arti
bꝫ innitaꝛ· ſi em̄ oppoſitū in op
poſito ⁊ ꝓpoſitū in ꝓpoſito·

Bernhardus

Patres nr̄i honorauerūt q̄ nos
ignoramus · ꝓpterea nō immeri
to metuendū ne veniat ſup nos
illud apoſtoli quia nō curauerūt
deū hr̄e in notitiā: tradidit illos
deꝰ in reprobum ſenſū·

Anthonius

Caſtigati forſan reuertemur· ag/
noſcemus eū et ignoſcet nobis:
dat em̄ ſepe intellectū vexatio·

Bernhardus

Ecce iteꝝ atq; iteꝝ plaga magna
et horrenda belli ſtrages ſuper
nos ⁊ fugimus eū neq; reuertimꝛ
ad percutientē vt miſereat ⁊ ceſſꝫ
manus ſua·

Anthonius

Spero qm̄ dabit pacē poſt vul/
nera ⁊ agnoſcemꝰ q2 miſericors
ē: neq; ſcḋm iniq̄tates noſtras re
tribuet ſꝫ in multitudine miarū
ſuaꝝ ſaluabit nos vt ſciamꝰ qm̄
vana ſalus hominis·

Bernhardus

Vtinam atq; vtinā mihi ꝓtraha
tur mors q̄uſꝫ iam incognita pax
e celo aduciat· ſi aūt lōge ſit a
nobꝰ pro munere hoc poſtulo vt
hec michi dies extrema ſit · et
qḋ meditacōe precogito oculꝭ nō
videam·

Anthonius

Belli tediū pacis incitamentū
eſt· vaſtitas ꝓuinciarū ſtrages
hominū et bella ꝯſtringit q̄ſi q̄
materiā igni ſubtrahat vt extin
guatur·

Bernhardus

Si bella faſtidimꝰ belloꝝ cauſas
faſtidiamꝰ· bella em̄ nō ꝓpter ſe
ipſa mouent ſꝫ ꝓpter ꝯcupiſcen
cias hominū que ſi repmant bel
la repmi neceſſe eſt·

Anthonius

In corde hominū eſt qm̄ vtraq; ex
pte bellantiū pax optat·

Bernhardus

Nomē pacis quis abnegabit·
quo in terris nichil ſuauiꝰ reſo/
nat ſꝫ in rebꝫ ipſis analogia ē· ⁊
q̄ noīe ꝯueniūt re aliq̄n diſſonāt·

Anthonius

Imo verbo ⁊ facto pacē volunt ⁊
ꝑquirunt·

Bernhardus

Diuinū ſpiraculum ē ſi in ꝯcor/
dātibꝫ in bonū aīs ōis pax vniu
ſaliſq; trāq̄llitas ꝯdiata petat·

Anthonius

Ita aiūt ⁊ hec ōis vulgi leticia ē·

Bernhardus

Incerta infirmaq; vulgi creduli tas est: cui rumores aios faciūt. eiusq; iudiciū simul cū fortuna mutatur.

Anthonius

Eciā inter magnates ⁊ satrapas ita asseritur ⁊ ab hijs in populū fama descendit.

Bernhardus

Fallē aut falli non credis hoīes in quibus mendacia nascunē.

Anthonius

Res ipsa docebit.

Bernhardus

Desiderij magnitudo spē repri mit id cū studiosius opto timi dius expecto.

Anthonius

Si pacem voluerint bellantes quis resiliet?

Bernhardus

Scio pacē omnes velle sibi.

Anthonius

Habeatur igitur.

Bernhardus

Id auertat deus: sed regno ⁊ rei publice pax sit.

Anthonius

Et hij pacē desiderant: et illi. cō ueniant igitur ⁊ erit pax.

Bernhardus

Paralogisas ⁊ a secundū quid ad simpliciter fallaciā facis.

Anthonius

Dixisse parū est si rei racionem non subiunxeris.

Bernhardus

Infirma ɔsequēcia ē. volo michi pacē ergo volo pacem.

Anthonius

Peccatū paralogismi tuipse q̄ nosti manifesta.

Bernhardus

Perspicuū est. si pax que sit rec te attenderis.

Anthonius

In omuni intellectu accipio. qḋ subtilius est a te expectabam.

Bernhardus

Pacis ignorancia miseriarum noticia facit. quicūq; pacē dum habent negligunt quasi dissipa tores felicitatis posterius cū la bore pquirūt. qḋ cū desidia p diderunt. bella ɔcitare facilimū. sed paē quid difficilius? lata via que ducit ad bellū: sed strictissi mus remotus est et obsitus an gustijs exitus. ꝓpterea sapientū mos est in pace metuenda bella preuidere. in bello paci necessaia cogitare. et vt diffinitiue intelli gatur. Pax est concordanciū in bonū animoꝝ ordinata trāquilli tas. Quicūq; eīn querentes que sua sūt non que rei publice am bita quiete retinere: et ɔcupita indefesse possidere studuerit: hij sibi pacem ꝑmo suā pacem per tractant. non autē veram pacem

que in bonū cōcordes animos cōci
liat et ordinē rei pub. in armoni
a debitaqꝫ ꝓporcōne componit.
Est eñ pax rei p. sanitas et de/
bita partium cōmunitatis inuicē
habitudo ꝛ velut corp⁹ humanū
in sanitate ꝑdurat cū inter q̄lita
tes et humores tēperamentum ꝛ ꝓ
porcōis armonia cōplexionis ser
uat. sic incolumis rei pub. sta
tus ꝑseuerat si ptes queqꝫ ad to
cius bonum legittimos ordines
teneant et neutra alterius locū
aut offitium vsurpare ꝑsumat.
eo pacto in bonū vniūsale ꝑticu/
lares cōcordāt animi et cū id po/
tissime intendit ad singularia
bona facillime deuenit.

Anthonius

Uno dumtaxat verbo mihi satis
feceris si ostendas q̄modo ex ꝑti
cularibꝰ bonis cōmune bonū cōfla
tur: cum tñ per ꝑticularia bonoꝝ
desideria ad cōmune bonū nō ne
cesse intendat.

Bernhardus

Silogismū falsigraphū cōponis
cū in intellectu ꝑncipioꝝ deficias
Ex ꝑticularibꝰ eñ bonis ꝓpter
se acceptis nichil vnū cōficit qm̄
cōtraria nulli vnq̄ tertio cōueni/
unt: bona vero ꝑuata ꝓpter se q̄
sita cōtrarietates et bella faciunt.
cū in aduersis petant que vnico
cōpetāt. Ex ꝑticularibꝰ vero bōis
ad cōmune bonū ordinatis resul/
tat bonū publicū. si aūt ad cū or
dinent̄ nēce est vt ipsū in inten
cione precedat et ꝑuati boni de/
siderium velut ꝑticipatiuū conse/
q̄tur.

Anthonius

Satiasti animum et de re ipsa
docte disseruisti.

Bernhardus

Auget mentē nimis disparitas
q̄ paci quā tu predicas recte non
cōuenit.

Anthonius

Pax tāte ꝑfectiōis ē vt omnibꝰ
et semꝑ cōueniat. omni tp̄i oīm
qꝫ fortune cōsonet. q̄cquid eā at
tigerit ꝑtem sue mansuetudinis
sapiet velud mirra odorifera: cui⁹
solo cōtactu sibi commixta redole
bunt.

Bernhardus

Aliud est dare pacem aliud acci
pere.

Anthonius

Quisquis donet ā accipiat ha/
bere maximū est.

Bernhardus

Scio expedire vt habeatur. ha
bendi modum difficillime habeo.

Anthonius

Res ipsa tempusqꝫ modum do/
cebit. nam et victoribꝰ pax vtil
est: et victis necessaria hij com
mode cedunt illi necio petunt.

Victoribus melior pacis condicio
habent vnde ad votū accipiant
et vnde pro imperio negent.

Bernhardus

Fortune leges illegittimas nō
noſti. dat ſepe vincere: tn̄ victo
ria vti negat. Tunc quoqȝ ma
gis inueſtigāda ē pax victorib9
cum eius arbitriū in eoꝝ manu
eſt. fugax namqȝ ⁊ dominoꝝ cō
mutatrix ē victoria: victorē qȝ
a victo ſuperari iocus ē. In men
tem venit hannonis illius car
thaginēſis peritiſſimi ſentencia
qui cū hanibal grauiſſimis pre
lijs romanos viribus ſpoliaſſȝ
vrbemqȝ armis ūrgeret. in ſena
tu carthaginis persuadebat vt ad
petendā pacē legati romā mit
terentur. Nūc ait petendi nob̄
vtilitas cum apud nos maneat
donandi facilitas. ſpreta autem
oracione eius ⁊ fortuna cartha
ginenſiū euerſa eſt ⁊ ciuitas ſuc
cenſa. volat dubijs victoria pen
nis: incerta quo reſideat loco. la
bore queſita breui ſpacio retinet.
Xerſen perſaꝝ ducē potentiſſi
mū qui mare nauib9 obūbraue
rat. fluuios equoꝝ potu ſiccaue
rat. montes abripuerat. equora
pontibus ſubiecerat. vna cymba
vix ſaluū eduxit. Troia ſucceſa
breuem leticiam: flebilē victo
riam grecis attulit. nam et ter
ris ſparſi ſūt ⁊ equoribus iacta
ti: tantoqȝ ex numero vix tandē
reliquie ſupererant.

Anthonius

Mirum ſi adeo inconſtans vic
toria quō apud hoſtes noſtros
tanta diuturnitate retineatᷣ.

Bernhardus

Cur victoriam appellas q̄ victo
ribus ⁊ victis anguſtias et inco
moditates contulerit. crede mi
chi etſi patriā vaſtauerint. ſi
opida ſurripuerint. ſi acies pro
ſtrauerint. agendo tn̄ paſſi ſunt.
terra noſtra armis oppreſſa eſt.
ſuis gentibus atqȝ virtute deſti
tuta. hijſqȝ tandem fuit adeo ſua
preciosa victoria vt qui nos a
pricipio quindecī milibus inua
ſerant: victores tamen vix cum
ſex milibus pugnent.

Anthonius

Parum refert cum paucis aut
cum multis vincere dum tamen
vincant.

Bernhardus

Vincendo conſumuntur neqȝ ma
ioribus eorum victis rebus frui
licuit.

Anthonius

Concedit nobis victorie ſue mo
dus vt bene de nobiſipſis con
fidamus.

Bernhardus

Quis bene confidet vbi victi ſūt

animi? ⁊ p̄ter pacem michil iam
ſpei habemus que in ambiguo ē

Anthonius

Qđ in fieri eſt incertū habeatur
donec fiat.

Bernhardus

Dictoꝝ opinio non ē facti fides.

Anthonius

Fiet et credes.

Bernhardus

Poſt rem ſecura eſt affirmacio:
ante rem fallax.

Anthonius

Si incredulus manes: alij patē
vt credant.

Bernhardus

Rumores edicta facis.

Anthonius

Jmo quod vere dicitᷣ vere refero

Bernhardus

Verba ſeq̄ris: ego rem aſpicio.

Anthonius

Sine me aliq̄ntiſper in ſpe pacis
ꝯſolari.

Bernhardus

Vana ſpes que dolore redimitᷣ.
memini et ſcio qm̄ nomen illud
pacis me fefellit.

Anthonius

Dic igitᷣ cur ñ eſſe pacē ſuſpicaris?

Bernhardus

Sed tu dic in quo pacem ſpera
uerī cum nemo ad pacis p̄ncipi
a ſtudioſus ſit.

Anthonius

Durus es ⁊ nimis exaſperās.

Bernhardus

Caue ne tu facillitate nimia deci
piaris.

Anthonius

Dic queſo pacis que principia
putes.

Bernhardus

Si nos qui in bello fuere mores
abiecerimus hoc pacis funda//
mentū eſt. ſi tenuerimus: etiā ha
bitā pacem corrumpem⁹ Neſcis
q꞉ pacis comes iuſtitia? q̊cumq꞉
iuſtitia ꝓgreſſa ſit ſequitᷣ pax.
neſcis quia iuſtitiā in pticulari
bꝫ deſiderijs ceca dirigit voluntas?
has federe diuine ꝓuidētie colli
gatas nec fortuna vincere: nec
humana potētia poterit ſupare.

Anthonius

Sunt equiſſimi viri: neq꞉ oēs
fortuna tp̄is abſtulit. hij magiſ
tratū accipiāt ⁊ ceteros ope ⁊ ex
emplo ad vite tēpantiā reducēt

Bernhardus

Manlius torq̄tus q̄d reſponderit
audiſti cū vrbe corrupta maioꝛibꝫ
decretū ſibi ꝯſulatū abnegaſſꝫ. E
go ait neq꞉ vr̄os moꝛes ferre q̄a꞉
neq꞉ vos meū impiū. ſic forte ꝓ
batiſſim⁹ q̄ſq꞉ nr̄i tp̄is poterit
reſpondere.

Anthonius

Quid igitᷣ expectem⁹? q̄s nobꝫ ma
nꝫ erit⁹? vno tu v̄bo argumēta ꝯcluđ

Bernhardus

Jn deo refero ſentenciā · quod ab eo decretum eſt fiat · ſi pacem noſtram voluerit etſi hominum deſideria reſiſtant fiet · ab eo plaga fuit · ab eo ſolo ſperanda medicina · quicquid laborant hoim ingenia a deo eſt regnoꝝ tranquillitas · donū enim celeſte pax eſt et ſuperne beatitudinis quedam in terris ymago · ceſſet igitur noſtra diſputacio · agamus qđ noſtra intereſt · et diſpoſicōe ſincera pacis capaces nos exhibeamus : et expectande paci devotos : ⁊ ſuſcipiende non ingratos ·

Anthonius

Jn eandem incido ſentenciā · ad quietem nos ſompnus evocat · vale frater ·

Bernhardus

Et tu ipſe vale · ⁊ nos in omni pace valeamus ·

Dialogus conſolatorius nō minus ornate ꝙ utiliter docēs quo quiſqꝫ modo pacis belliqꝫ tempoē erga rem publicā habere ſe debeat finem habet optatū ·

Sequitur tabula declarans quo quiſqꝫ dialogus folio inicium ſumat ·

Dialogus yſidori de ſpirituali conſolacione incipit folio · ij ·

Dialogus iheronimi de infirmoꝝ conſolacione folio · x ·

Dialogus bartholomei facij de ſummo bono viteqꝫ felicitate folio · xix ·

Dialogus ſenece de remedijs fortuitoꝝ folio · xlij ·

Dialogus laurencij vallenſis de libero arbitrio folio · xlvij ·

Dialogus mafei vegij de veritate ⁊ philalithe folio · lvij ·

Dialogus eiuſdem de felicitate ⁊ miſeria folio · lxvi ·

Dialogus pogij florentini in avariciam folio · lxxviij ·

Dialogus ſeu contraverſia de nobilitate inter · P · corneliū et C · flamineū folio · xcviij ·

Dialogus conſolatorius de caſu rei publice folio · c · viij ·